Supp. 60399/B
Vol. 1

Regimen sanitatis Salernitanum



Digitized by the Internet Archive
in 2016 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b28748323_0001

MEDICINA SALERNITANA

IDEST

Conſervandæ bonæ valetudinis præcepta,

CUM

ARNOLDI VILLANOVANI

In ſingula Capita exegeſi.

ACCEDUNT

MATTHÆI POLITI

In Salernitana Schola P. P.

NOVISSIMA COMMENTARIA.

TOM. I.

SALERNI, MDCCLXXXIX.

Ex Officina Ferdinandi Campi

Superioribus annuentibus.

SALERNITANI COLLEGII PATRIBUS
MATTHAEUS POLITI

CUM Medicæ facultatis opus Salernitana Schola antiquitus inſcriptum, hujus noſtri Salernitani Collegii decus ſane, ac ornamentum, perinde apud nos deſpectum, atque pene obliteratum, ac apud exteras Nationes tam celebratum, tantique habitum, ut illinc optimæ ſpei præſtantiores juvenes magnis eorum tum incommodis, cum ingentibus impendiis, poſthabitis patriis Academiis, huc ad obtinendam a noſtro Collegio Medicam Lauream gregatim in diem certatim adventare conſpiciantur, ſæpe numero inter mea conſueta ſtudia præ manibus haberem, ejusdem canones commentarioſque pro mei ingenii modulo viribusque æqua lance perpendens:

tandem ad ejusdem noſtri Collegii nomen perpetim renovandum; contentionem animi mei adhibui, ut novis aliis commentariis adjectis, e tenebris, in quibus neſcio quo Fato, quave diſſidia, ad hæc noſtra tempora delituit, in lucem revocarem. Quid? forſan & curæ vacuæ, & labores inanes! Minime quidem. Studioſa namque Juventus ni aliud, cauſam certe habebit, ubi ſe oblectando ſemper proficiat. Hinc, opere abſoluto, diu animo perpendi, ſub quo duce, cujuſque Auſpiciis has meas, quæcumque ſint, elucubrationes edendas curarem. At memor tandem & veſtræ Auctoritatis, & mei erga vos obſtricti animi firma ſtetit ſententia ſub ejusdem noſtri Collegii veſtroque tutamine non ſolum, ut qui pro me fortiter ſtarent, præſto haberem, verum, & majus ex veſtro nomine decus accederet, id agere. Lubenti igitur animo quos vobis dico, in obſequentis mei erga vos animi argumentum, hos meos commentarios in veſtrum tutamen accipiatis quæſo. Sic equidem a cujuscumque Ariſtarchi, Momique dentibus poſt Principia *me futurum ſpero. Valete.*

IN

IN SCHOLAM SALERNITANAM PRAELOCUTIO.

EXpulſas Italia, totaque Europa literas, non omnino conticuiſſe, verum ſeſe apud alienas recepiſſe Nationes, cuique illorum temporum hiſtorias, ac monumenta (*) perluſtranti luculenter

(*) Inter alias, quas ſub finem ſæculi IX. præſertim hæ noſtræ Provinciæ paſſæ ſunt calamitates, primum omnium facile adnotaveris peſſimum ſcientiarum ſquallorem. Ecquis enim, illa temporum colluvie, amænioribus muſis operam dare auderet? Quum autem Saracenorum, atque Arabum ope, aliquantulum reſpirare cæperint diſciplinæ, obſtaculum haud quidem parvum, uti in Ariſtotelica philoſophia, ſic in pravo commentantium furore nactæ ſunt. Sat notum Eruditis, quæ, quantaque malorum ſeries ſit dein conſecuta, donec Viri literarum bono nati ſervitutem expulerint, atque ingenia in libertatem revocaverint. Conſulendus Fleurius Hiſt. Eccl. tom. 3.

apparet; præſertim apud Arabos, Orientalium Populorum antiquiſſimos, qui quamvis Muhamedis religione devicti, non adeo rudes, ſcientiarumque omnium expertes (quemadmodum plerique autumant) habendi ſunt, ut eas non plurimi fecerint, & ſtrenue coluerint: Undecimum enim ante ſæculum (defectis ſcilicet apud nos diſciplinis) metaphyſicæ, phyſicæ generali, medicinæque operam acerrimam navaſſe nemo inficias iverit. Subactis propterea quamplurimis Orbis Romani regionibus, multisque Aſiæ depopulatis provinciis, inter majores, quas e Grecia hæ gentes deportarunt prædas, aliquot habuere libros, quibus tanto ſtudio, ac cura abreptæ ſunt, ut anno octingenteſimo vigeſimo, aut circiter, per Kaliphum Almamonem Conſtantinopolitano Imperatori illuſtriora petierint Græcorum Opera, quæ in Arabicam linguam vertere curarunt obtenta, quæque inter, abdicatis poeſeos, politices, hiſtoriæque voluminibus, Ariſtoteli, Hippocrati, & Galeno, matheſim, metaphyſicam, ac medicinam ſeligentes, ſe toti dediderunt.

Quod ea ratione factum noſtri ævi philoſophus (*) exiſtimat, qua indubium perhibetur, nullibi ſubtilia, ac metaphyſica ſtudia felicius radices mittere, opimiusque creſcere, quam in calidis, atque aduſtis climatibus, velut in proprio ſolo, quippe ubi homines contemplando magis, quam agendo nati eſſe videantur: ſiquidem exhauſtis nimio calore corporis viribus, fractisque, telaque nervoſa expanſa, ac evoluta, atque idcirco irritabiliori, corpora imbecillia, animi peracuti, excogitandoque aperti fiunt. Sed quibus ex cauſis ingenioſiores ſunt homines, eo ſunt præcalidioris, ac vividioris phantaſiæ, ut quod excogitando, intelligendoque minus conſequantur, id ſubita imaginatione effingant: Hinc *Arabes & mente ſubtiliſſimi, & omnium mortalium fanaticiſſimi*.

Inter cætera autem ſcientiarum genera, ars medica apud eos plurimum

---

[*] Ant. Genuenſ. ad diſsert. IV. in notis de orig. malor.

invaluiſſe, ex his, quæ adhuc extant, etiamſi plurimis commentis, ac nugibus referta volumina, aperte colligitur, quod non adeo factum in Chimica, quæ, poſthabita a Græcis recepta Anatomia, niſi patres Arabes, induſtres certo agnovit educatores. His acceſſit Aſtrologia, quem ad finem tota illorum Matheſis ſpectabat, quaque perridiculas ſycophantas novimus ſe jactaſſe, quamquam Kaliphi Almamonis Aſtronomicas tabulas nemo non affirmaverit, Geometriæ, atque arictimeticæ plurimi uſui fuiſſe. Id vero homini ingenuo negandum non eſt, Algebram Arabis multum incrementi habuiſſe, invento zero, atque etiamnum habere. Hinc facile cognoſci poteſt, priores (poſtquam hiſce noſtris provinciis ſtudiorum amor revixerit) Araborum libros, potiſſimum Meſue, atque Avicennæ, pervolvi cæpiſſe, primosque omnium Monacos, deperditis illis temporibus, philoſophos, ac medicos audire. Quare apud Gallos Fulbertus Epiſcopus Chartres, & apud Philippum Auguſtum Obizus. Heic vero notatu dignum videtur, tam, tantam

que artis medicæ exercendae cupidinem primores Eccleſiæ cepiſſe, ut annis centeſimo trigeſimo primo, & trigeſimo nono Conciliis Remmenſi, & Laterano ſub Innocentio II. obviam ire neceſſe fuerit. Quod profecto non ſic obtinuit, quin & Clerici tercentis amplius annis deinceps illam exercuerint.

Et quamquam continuo Arabum, Saracenorumque ad has noſtras provincias adventu, illorum ſtudia, atque opiniones (uti adhuc colligi poteſt) ad nos pertranſiſſe certum eſt; quonam tamen modo in hac Salerni Urbe tam altas, profundaſque jecerint radices, etiamnum illius ævi Auctores incompertum habent. Id profecto non ambigitur, prae caeteris Italicis Urbibus floruiſse Salernum, ac pro commento habendum eſt, quod plerique autumant Salernitanam Schoiam cum Pariſienſi, ac Bononienſi a Carolo Magno erectam; quandoquidem (praeterquam quod in ejus ditione nunquam fuit) quibus hoc eveniſse temporibus affirmaut, Carolum inter, & Salerni Principem Arechium capitales verſebantur inimicitiae. Quae quum

ita ſint, epochis longe poſterioribus Salernitanae Scholæ origines oportet repetamus.

Salernum Urbem maritimam, in Tyrrheni maris ſinu poſitam, totius Italiae Civitatibus pulchriorem, florentioremque, ſoli fœcunditate, fluviorum, opportunitate, atque aeris ſalubritate commendabiliorem, exterarum gentium non praedis modo, ſed illuſtrium virorum deſideriis fuiſse, eſſeque adhuc expetitam is ignoraverit; qui in hiſtoriarum voluminibus plane hoſpes eſt. Saracenos atque Arabes (regnantibus Longobardorum principibus) illam & ſaepius viſitaſse, in eaque diutius ſcimus permanſiſse. Quin immo hae gentes Africam, Siciliamque proximiorem relinquentes, illiusque oras appetentes, magno Civium terrore, ac damnis circumjectum infeſtabant ſolum; adeoque ut argento, atque auro quietem, pacemque emere paterentur. Evenit profecto, frequenti uſu, familiaribusque confabulationibus, donec Guaimarii Majoris temporibus, Normannorum virtute priſtinam acquiſierint liber.

tatem, animi paciſcerentur, acquie-ſcerentque; quo factum ſit, Arabum philoſophiam, ac medicinam avide acceperint, & retinuerint, foverintque dein, ac perpolierint. Et re quidem vera nulla neque probabilior, neque ſinceris Auctoribus acceptior ratio, quam amplectamur, ſuppetit.

Illud quidem extra dubitationis aleam habendum eſt, celebriorem famam Conſtantino Africano Scholam Salernitanam debere. Is enim, poſtquam ex variis Aſiæ, Africaeque locis praecipua ſcientiarum dogmata excerpſerit. Babylonem petiit, ibique Chaldæorum, Arabum, Ægyptiorum, Perſarum, atque Indorum grammaticam, dialecticam, Aritimeticam, geometriam, Matheſim, ac phyſicam hauſtus, Medicinæ ſe totum dedit. Hinc Africam reverſus, atque ingenii acie, diſciplinarumque apparatu ſuis inviſus, clam aufugit, virorumque illuſtrium tutricem, ac matrem Salernum tendit. Heic autem nulli notum, vitamque incommodam degentem Babylonenſis Regis Frater agnovit, ejusque commendationibus plurimi

habuit Robertus Guiſcardus, donec ſui pertæſus apud Caſſinenſes ſe receperit, medicinaeque nonnulla, & philoſophiae volumina conſcripſerit. Niſi autem illis ævi ſcriptores certiores nos facerent, incredibile fortaſse videri poterit, quantam Salerni haec noſtra Schola gloriam famamque apud gentes ſit conſecuta, quantique extiterint celebrioris nominis Auctores. Alfanus, ac Romualdus Guarna Archiepiſcopi Salernitanorum excellentes, uti pietate, & doctrina, ſic & mededendi arte numerantur, quoſque ſummi in utroque ordine viri conſuluerunt: adeoque Gulielmus cognomento Malus Panormi aegrotans Romualdum non ſit accire dedignatus, ejusque medelæ ſubjacere. Quid? quod Joannes ille de Procida idem fuerit progenie, & factis illuſtris, & medica arte affatim notus?

Praeclarius nihilominus hujus noſtrae Scholae decus, ornamentumque adhuc perenne facile adnotandus ſubvenit Joannes Mediolanenſis, qui medicinam Salerni exercens, Salernitanam hanc Scholam, quae omnium manu teritur, cui-

que, & fuit, & erit ſingulare nomen, elucubravit, & conſcripſit. Quae medicorum omnium tunc temporis hacce in Urbe excellentiorum ſuffragia conſecuta, totius Scholae inſcriptione merito donata eſt, Robertoque Gulielmi Normandiae filio dicata. Hieroſolyma redux Robertus, cujus reſpuerat ditionem, Anglorum Regno, Majoris natu Gulielmi Rufi fratris obitu ſucceſſurus, Salernum appulit, medicosque tunc inſignes ob vulnus bello acceptum conſuluit. Quum autem voti compos, aut arte medica, aut uxoris amore [uti ferunt) factus ſit, methodum ſervanvandae valitudinis Salernitanis medicis expetiit, eique oblata eſt Salernitana Schola Anglorum Regis inſcriptione, etiamſi Robertus numquam illius Regni ditionem acquiſierit, malis Enrici tertii fratris machinationibus impeditus.

At quibus ipſis temporibus tantus eſſet Salernitanae Scholae honor, tantamque obtineret nomionis gloriam, nullo neque Collegii, neque Academiae ornatu inſignitam ſcimus, donec Fede-

rici II. ſanctionibus factum ſit, ut nemo medicus audiret, nec medicinam exercere pateretur, niſi Salernitanis medicis periculum feciſſet, eorumque ſuffragium tuliſſet. Tandem gratificationibus Regis Roberti, Joannæ, I. & II. Ladislai, ac Ferdinandi I. in Academiam erecta eſt, atque ex toto deinceps terrarum orbe, quotquot ad medicam artem profitendam doctorali laurea donari vellent, occurrerunt, hodieque magna Salernitanorum ſatisfatione occurrunt. Atque ſilentio praetereundum non eſt, Salernitanæ Scholæ origines altius repetere poſſe, fontibusque longe ſuperioribus derivare, quum eodem Horatii Flacci ævo Salernitanum Caelum, uti ex Epiſt. XV. lib. I. depromi poteſt, valetudinariis idoneum agnoverimus exiſtimatum: verum opinionem hanc quaequae eſt, argumentis firmare inſtituti ratio nec poſcit, neque in arenam iſtam deſcendere libet; voti enim ſatis compotes facti arbitramur, originibus, utpote habentur apud celebriores Auctores, relatis.

DE

CONTENTA.

I.

De conſervanda bona valetudine, opuſculum Scholæ Salernitanæ ad Regem Angliæ, cum Arnoldi Novicomenſis enarrationibus noviſſimè auctis & recognitis per Joan. Curionem.

I I.

De ratione victus ſalutaris poſt inciſam venam Anaſtaſij.

I I I.

De victus & cultus ratione expoſita quatuor per ſingulos menſes verſibus per Joachimum Camerarium.

I V.

De moderatione cibi & potus, item ſomni, & vigiliarum doctrinæ ſaluberrimæ.

V.

De victus ſalubris ratione privatorum Polybi tractatus Joan. Guinterio Andermaco interprete.

ANTONII MUSAE

Braſavoli de hoc libello judicium.

VUlgatus Salernitarum de tuenda valetudine Libellus, his qui legunt, non parum utilitatis præſtat: illisque multo majorem, qui libelli præcepta obſervant.

Pone gulæ metas, ut ſit tibi longior ætas.
Eſſe cupis ſanus? ſit tibi parca manus.

DE

DE CONSERVANDA *BONA VALETUDINE*, LIBER SCHOLÆ SALERNITANÆ.

CAP. I.

DE ANIMI PATHEMATIS, ET REMEDIIS QUIBUSDAM GENERALIBUS.

ANglorum Regi ſcribit ſchola tota
 Salerni :
Si vis incolumem, ſi vis te reddere ſanum.
Curas tolle graves, iraſci crede profanum:
Parce mero, cœnato parum, non ſit tibi
 vanum,
Surgere poſt epulas, ſomnum fuge me-
 ridianum,
Ne miſtum retine, nec comprime for-
 titer anum.
Hæc bene ſi ſerves, tu longo tempore
 vives.

PRÆSENS hic liber a Doctoribus Scholæ Salernitanæ in gratiam Regis Angliæ conſcriptus, multa & varia conſervandæ bonæ valetudinis præcepta complectitur.

In hoc autem capite octo in primis generatim referuntur, quæ omnia ſingulatim, deinde, ac ſuo quodque ordine explicabimus. [*Primum*] ergo eſt, ut tuendæ ſanitatis ſtudioſus, anxiferas, graveis, & pertinaces curas relaxans ex animo penitus exterminet. [*Curæ*] enim corpus vehementer extenuant, & exiccant, ſomnum impediunt, perpetuiſque vigiliis conficiunt, [1] vires deſtruunt, ſebres etiam accedunt, ac graviſſimis

¶ [1] *Sub eorum nomine omnia animi pathemata comprehenduntur, quæ cum animo funditus inſederint ſanitati & vitæ magnam noxam adferunt. Compertum enim habemus ſpiritum nervorum, ſive humorem illum, qui de cerebro cerebelloque egreditur, per nervos ad omnes corporis partes pro motu & ſenſatione adferri, illuc magis adfluere, ubi exercitium fit crebrius. Uſurpatur interim partibus otioſis, alioquin tot muneribus ſubeundis non ſufficeret, quæ quo magis torpent & exercitio carent, eo morbis contrahendis aptiores fiunt. Omnes autem morbi, licet ab humoribus incipiant, nihilominus eorum cauſa ut plurimum partibus ſolidis debetur, quæ humoribus parandis ſecundum naturam humani corporis non ſufficiunt, qui vel quia retinentur, dum inutiles vel noxii evadunt, vel quia ulterius non perficiuntur morbum pariunt. His ergo poſitis varias & multiplices morborum cauſas eſſe adfirmare poſſumus, nam illa, quæ in ſolidis conſiſtit prædiſponens dici meretur, illa autem quæ in fluidis, materialis; atque iterum*

valetudinibus initia præbent: ipſæ quoque Melancholiam generant, pariterque calorem innatum reſolvunt, & extinguunt, & magis ſi diutius durarint. Auctor Galenus, cum multis aliis locis, tum præcipue Aphor. lib. 2. comm. 28. & lib. 3. comment. 31. & de tuenda ſanitate lib. primo cap. 11.

Sub eodem præcepto comprehendi debent & (*Triſtitiæ*) quæ, & ipſe corporis naturam frigigiditate & ſiccitate corrumpunt, (2) id quod

---

hæc in viſceribus, interna, in ſanguine & humoribus hærens proxima erit appellanda. Quapropter qui nimis mentem exercent, vel quavis alio animi pathemate adficiuntur, pro hoc exercitio nervorum ſpiritus impendent, & reliquis partibus uſurpant. Ideo extenuantur vires, motus torpent, vaſorum oſcillationes lanquent, digeſtiones, ſequeſtrationes, atque functiones reliquæ hebetant, quas morbi varii, cronici ut plurimum, ſequuntur, literatis quoque & ſedentariis familiariſſimi.

¶ [2] *Non quia ſiccitas & frigus corpus & ejus humores corrumpere valeat, quin potius corruptionem impediant. Verum quia quacumque invadente triſtitia, mens eodem modo ac ſub aliis curis torquetur. Ideoque, uti ſuperius, languent vires, & humores vitioſam indolem concipiunt. Bilis fit acrior, & reliqui humores digeſtioni dicati, una cum alimentis in aliquam ſpontaneam mutationem abeunt.*

¶ *Hoc ſignum commentaria Matthæi Politi indicat.*

Salomon quoque capit. 17. Proverbiorum ſuorum atteſtatur: Spiritus triſtitiæ, inquit, exiccat oſſa. Sed cum omnis mæſtitiæ generandæ melancholiæ vim habeat, quo tamen vehementior ac diuturnior hæc affectio fuerit, eo plus adfert periculi. Nam extra hoc quod corpus macie extabefacit, cor etiam ipſum immodicè conſtringit; ſpiritum obtenebrat, ingenium hebetat, rationem impedit, judicium obſcurat, & memoriam obtundit. In mæroribus item fortibus, uti a Nemeſio capite vigeſimo de natura hominis, ex tertio lib. Demonſtrationum Galeni refertur, biliosa quædam ſuperfluitas conſuevit in ventriculum defluere, & multo magis quum ipſe male affectus fuerit, quæ ſane moleſtiam exhibet: ut non prius a mæſtitia, & cruciatu ceſſet, quam ſuperfluitas illa vomitu ejecta fuerit, id quod Galenus etiam Aphoriſ. lib. 6. comment. 50. atteſtatur.

IDEM de *timore* [3] quoque intelligendum,

¶ (3) *Senſus noſtri ab externis objectis vario adficiuntur modo ut eorum Ideam ſenſorio poſſint repræſentare. Dum enim leni ſtimulo alliciuntur, nullam ſenſibilem mutationem perſentimus, præter illam, quæ ſuæ cauſæ correſpondet. Quam primus ſtimulus ſit intenſior, ſequitur convulſio. Ab ictu Catapultæ vel alia fortiori aeris percuſſione, nervus acuſticus ita fortiter concutitur, ut quaſi convellatur. Similiter dum repentinus timor nos pervaditur convelluntur omnes nervi, & vaſa omnia ar-*

nam & ipſe intro, & ad principium, tum ſpiritum, tum ſanguinem una cum refrigeratione eorum, quæ in ſummo corpore ſunt, abducit, ac contrahit: itaque etiam pulſus tum arteriarum, tum cordis, ijs, qui timent, minimi, ac maximè imbecilli ſunt: partes in ſuperficie poſitæ algent, corpusque palleſcit, tremor incidit, vox interrumpitur, & vires denique convelluntur omnes. (4) Quod autem in triſtitia paulatim patiuntur homines, id in timore confeſtim accidit, diſſidentibus ſcilicet inter ſe paſſionibus ijs, non toto genere, ſed magnitudine, & vehementia. Itaque etiam ob timorem, & immenſum mœrorem nonnulli repentina morte interierunt, quod ſcilicet imbecilla ſuapte natu-

---

ſtantur. Venæ celerrime deplentur in dexterum cordis ventriculum; arteriæ nimis anguſtatæ ſanguinem a corde non recipiunt, vel nimis parce, neque ad extremas partes tranſmittunt, unde maxima ex parte intra majora vaſa & circa cor colligitur, hinc pallor faciei, palpitatio, tremor, frigus extremorum, pulſus parui, ſyncope, quam aliquando ipſa mors excipit.

¶ [4] *Hac tamen differentia quod Triſtitia non niſi mutata ſanguinis, & humorum diatheſi, abſque convulſione, vel inſtantanea ſolidorum mutatione, ſi tantumodo mutationes organicas, quæ morbos cronicos ſequuntur, exceperis, homines interimat. Terror e contra illico ſuos parit effectus, bona tamen humorum craſi remanente.*

ra animula eorum ſub valido affecto oppreſſa confeſtim extincta, & ſuffocata ſit, quemadmodum luculenter, & perſpicue docet Galenus lib. 2. cap. 5. de cauſis ſympt. Quippe extingui eam accidit propter affectus ipſius naturam, ut cujus generatio in frigeſcendo conſiſtat: ſoffocari autem, eo quod totus ſanguis una commeet, atque ad principium deferatur. Cujus ſane rei inſignia exempla extant apud Plinium lib. 7. cap. 36. naturalis hiſtoriæ. Quocirca eum, qui ſanitatis ſuæ tuendæ curam ſuſceperit, cane peius, & angue, omnia illa, quæ non aſpectu, & auditu motu, verum & mentis agitatione triſtia exiſtunt, fugere oportebit. Quod Ariſtoteles quoque innuiſſe videtur, cum problemat. 5. ſect. 7. ſcribit in lætothumiam incidiſſe quandoque, qui homines ſuffocari laqueo vidiſſent ſolum. Lege plura apud Stephanum Athenienſem in libro 1. ad Glauconem commen. 12.

HOC tamen ignorandum non eſt, quod obeſis nonnullis, quibus corpus immodice plenum eſt, ac iis etiam, qui ſpiritus admodum mobiles, & calidos habent, interdum utile ſit, ſi curis, timore, & triſtitiis conficiantur (5), quo nimirum, ſpiritus

¶ (5) *Non ſine magno vitæ, vel ſaltem ſanitatis diſcrimine. Nam conſumptio, quæ has animi adfectiones ſequitur malam humorum diathesim ſibi comitem habet, quæ ad nutum medicorum nequit emendari, neque animi pathemata deleri cum jam altas egerint radices. Tutius vero ſuperflui humores per abſtinentiam, per victum tenuem,*

calor heberetur, & nimia moles, quæ corpus onerat, extenuetur aliqua ex parte, atque auferatur: id quod uno ore confirmant Paulus Ægineta libro 1. cap. 57. Aetius lib. 4. cap. 33. & Rhazes lib. 4. c. 9. ad Almanſorem.

SECUNDUM, ut ab ira (6) temperet. Nam cum ira ſit fervor quidam, ac vehemens motus

---

per corporis exercitium, vel per aeris mutationem tolluntur. Multo minus triſtari debent, vel a quovis alio pathemate adfici qui ſpiritus admodum mobiles & calidos habent, *ut ſanguinei, & bilioſi, tum quia phlegmate & ſuperfluo humore carent, tum quia bilis & ſanguis facilius quam in aliis temperamentis exaſperantur.*

¶ [6] *Mirabiles ſunt & fere inexplicabiles iræ effectus. Ab injuria alicui illata excitatur in mente Idea cum inſtantanea ſpirituum commotione, ſed qua lege neſcimus. Continuo intenditur cordis momentum, arteriarum vaſorum, unde celerior ſangninis motus, trepidatio, ſequeſtrationes celerrimæ præſertim perſpirationis, ſudoris: ideo Rubor in oculis, in facie, in toto corpore. In juvene bilioſæ temperiei, ſub ingenti ira, ſeminis excretio, abſque ulla tintigine. Vide adnot. Haller. Tom: 4. Prælect. Boerhav. p. 238. de ſenſibus internis.* Ira omnes motus auget tum circulationem, ex qua rubor calor, trepidatio, & ſecretionum ſubitæ ſtimulationes ſanguinis profuſiones &c. *In hac autem inſtantanea functionum mutatione multa mala timenda ſunt: Vaſorum nempe rupturæ vel*

caloris in ipſo cordis corpore, qui in extremas tandem partes cum impetu diffundatur, ut eam plane dilucideque Galenus lib. 1. cap. 4. de different. feb. & in libro de cauſis morborum, c. 2. definit, neceſſario corpus ipſum immodice calefacit, & exiccat, quo fit, ut febrim nonnunquam accendat, in iis præſertim corporibus quæ in ſe admiſſam caliditatem longo tempore retinere natura apta ſunt. Etſi enim motus cordis ledetur, in hiſce tamen remanet calor præter naturam, atque inde hominem febricitare contingit. Quidam etiam ira commoti, quaſi attoniti, ac extra ſe poſiti videntur. Sunt præterea qui impotenti ira impetuoſius concitatos in ἀποπληξίαν incidiſſe multos, repetentque; animam expiraſſe, nonnullos vero furore, comitialis morbi acceſſione παραλυσει, convulſione, podagra, & articulorum maxime, ac totius corporis tremore comprehenſos, concidiſſe tradant. Obſtat etiam animi judicio, & rationis opera perturbat, &, ut Cicer. ait, ira præſente nihil recte fieri poteſt. Offenduntur autem ab ira potiſſimum, qui temperaturam corporis totius calidiorem, quam

---

ſaltem inflammationes ob celeriorem motum, & cordis momentum adactum, ſanguinem in vaſa exiliſſima validius urgentis, ad caput præcipuè, cum metu convulſionis, apoplexiæ, epilepſiæ; Ipſa Bilis acrior & ſubtilior facta a venis portarum in hepaticas, truditur, tandem in cavam, & cum ſanguine circumvecta, Icte.

par ſit, aut morbo, aut natura confecuti ſunt, præcipue quando cor & caput naturali intemperie immoderate fervent, aut aliquo adventitio calido affectu laborant. Animalibus tamen vitiis, morbis frigidis, & natura frigidiori cordi, & capiti, Gal. lib. 6. Epidem. partic. 5. comment. 9. autore, ira non leve præſidium adfert [7] Innatum enim calorem in ipſis jam tor-

rum parit, vel in ventriculum delata febres bilioſas, anxietates, deliquia, vomitus, cardialgiam, & ſimilia. Diverſitas autem effectuum temperamentis debetur, & peculiari humorum diſpoſitioni: nam ſanguinei in febrim inflammatoriam, in vaſorum rupturas, in convulſiones &c., bilioſi vero in bilioſam, & in ſinocum putridam incidunt.

¶ [7] *Quod aliquando verum eſt, quatenus ira cum ſit vehemens & momentaneus animi adfectus, humores in inſtanti lædere nequit & eorum craſim mutare, atque alias ſolidas partes, ut in triſtitia evenire ſolet. Obſtat autem maxima difficultas, num talis animi adfectus intra datos limites poſſit retineri, & tantummodo calorem excitare, ſanguinem ad vaſa cutanea impellere, ſecretiones promovere, humores depurare abſque ſanitatis noxa. Obſervatum enim eſt irati aliquando animo deficere, aliquando epileptici fieri, frigidi tamen & pallidi, prælertim phlegmatici, & hipocondriaci Cavendum igitur ab hujuſmodi conſilio, nam medica facultas alia tutiora præſidia in his caſibus ſuppeditat.*

peſcentem excitat, adaugetque. Quod Hippocrates etiam lib. 2. epidem partic. 4. in eum ſcribens modum confirmat. Diligentia, inquit, adhibenda eſt, ut excandeſcentia inducatur, & coloris reparandi, & ſanguinis in vaſa ſubter curiculam colligendi gratia. Quocirca ipſa a perfrigeratis, pallido colore præditis, & καχεξια laborantibus, ex quibusdam intervallis, & temporibus opportunis aſſumenda eſt, non ſane ita continenter, ut facultas offendatur, ſed perinde ut exercitationes innatum calorem corroborantes, non immoderatas facere oportet, ſed cum opportune, tum moderare aſſumere, ita & excandeſcentiam, ſi clariſſimis Medicinæ ſcriptoribus Galeno lib. 3. c. 10. de difficul. reſpirat. Paulo libro 1. c. 58. & Aetio lib. 4. c. 34. credendum eſt.

TERTIUM, ut moderate vino utatur (8).

¶ (8) *Vini uſus moderatus arcanum medicamentum cenſeri poteſt quibusdam in morbis a temperie phlegmatica ortis, ſimiliter in aliquibus anni temporibus. Ex adverſo ejus abuſus nonnullorum morborum cauſa & origo, quia acidam acrimoniam creat. Cum enim ex ſua natura in acidum ſpontaneum abeat bilem enervat, atque ita ejus naturam mutat, ut digeſtioni & chylificationi amplius inſervire non valeat. Hinc hæpatis obſtructio cachexia, Hydrops, & aliquando maraſmus. Inſuper ſanguis & humores omnes in ſerum acre converſi etiam nervorum ſucco diram diſcre-*

Vinum enim modice hauſtum nativum calorem adauget, teſte Galeno capite 4. de cauſis morborum. Ubi vero immoderatius bibitur, quam ut vinci poſſit, tantum abeſt, ut animal calefaciat, ut etiam frigidiora vitia gignat, quemadmodum copioſe Galenus lib. 3. cap. 5. de cap. 5. de temperamentis oſtendit: quippe apoplexia, paraplegia, & quæ Græce caros, & cometa vocamus, nervorum reſolutio, comitiales morbi, convulſiones, tetani, & debilitas ventriculi, ac reliquorum morborum omnium, immodicum vini potum comitatur, quorum unum quodque frigidum eſt vitium. Sed de his plura infra capite decimoquinto.

QUARTUM, ut in cœna (9) modico cibo

ſiam conciliant, unde Paralyſia, cæterique nervorum morbi. De quo plura in cap. ſupra citato.

¶ [9] *Contrarium fortaſſe evincitur. Nam compertum habemus ſomni tempore omnia membra etiam, & voluntarios motus quieſcere, ideoque ſpiritus nervorum pro eorum exercitio non impendi. Supereſt ergò ut ad ventriculi nervos adfluant ad digeſtionem facilitandam eo vel magis quia ventriculus majori ſtimulo laceſſitus propter ciborum plenitudinem majori ſpirituum quantitate indiget pro eorum digeſtione. Ubi autem ſtimulus viget ibi ſequitur adfluxus. Adfluent ergo ad ventriculum ſuccus nerveus, & humores gaſtrici ſapienti naturæ conſilio pro digeſtionis comoditate. Cum enim ſtomacus ſit prima digeſtionis cauſa, & fibris*

utatur, exiguus namque cibus a facultate vinci perfecte & facile poteſt. Qui vero noctu mul-

---

nerveis, atque tendineis conſtet copioſiſſimis magno robore præditis, ſequitur ejus momentum intendi in directa ratione obſtaculorum, ſi tertiæ Neutonis Legi fides habenda eſt, dummodo hoc integre a nimia ciborum reſiſtentia non deleatur, ut in maximis repletionibus aliquoties evenire ſolet. Viget pariter motus reſpirationis diaphragmatis ſcilicet pulmonum, & muſculorum intercoſtalium, liberior fortaſſe & aequabilior ad faciliorem digeſtionem concurrentium. Verum ex adverſo duæ faciunt rationes. Prima vel quia prandii digeſtio non integre eſt abſoluta, unde addita lautiori cæna, pluſquam ejus vires ferent, gravatur ventriculus ita, ut utramque digeſtionem perficere non valeat, unde flatus, tormina ructus, cardialgia, & ſimilia quæ ſomnum turbant & fortaſſe pejora adferunt mala. Altera quia nimis repleto ſtomaco arteria aorta deſcendens aliquo modo comprimitur, unde ad ſanguinem juxta ſolitum traſmittendum impar redditur, qui cum non poſſit per eam permeare, truncum ſuperiorem adibit, atque majori niſu & copia contenta capitis vaſa diſtendens: ſomnum fugabit. Inſuper ſitus corporis horizonti parallelus, dum decumbimus, ſanguinis adfluxum ad caput facilitat. Cæterum feliciter quieſcimus etiam poſt lautam cænam, quoties a prandio abſtinuimus quacunque de cauſa & mane hilares ſurgimus, & corpore leviſſimi.

ſum ingerunt, ventriculumque nimio cibo onerant, dolorem primum & anguſtiam perpetiuntur, deinde nec probè dormire, nec concoquere poſſunt, quod nimia copia facultas aggravetur, ceu nimio pondere preſſa, ſubindeque ſuperare ingeſtum cibum nequeat, id quod & infra c. 5. uberius ac fuſius declarabimus.

QUINTUM, ut ſtatim a ſumpto cibo ſurgat [10]: hoc enim ad concoctionem facit, quia cibus ſumptus ita facilius deſcendit in imum ventriculi, in quo, Galeno lib. 5. cap. de locis affect. teſte, coctionis opus perficitur. Infra cap. 1. & 76.

SEXTUM, ne a prandio ſomno indulgeat. Is namque ſomnus, qui cibum ſtatim excipit (11),

---

¶ [10] *Præter neceſſitatem, dummodo aliter ſe res non haberet, nimirum, ut leni motu & de ambulatione digeſtio facilitetur, non quia erecto corpore alimenta melius ſtomaci fundum petent, cum jam ſatis conſtet hæc a viribus preſſoriis ſatis valide ſubigi. Neque alimenta ſtatim poſt prandium ad ventriculi fundum perveniunt, verum quam primum majori ex parte fuerint digeſta, & fluidiora facta, ut inde ſuperata reſiſtentia valvulæ pylori, in duodenum poſſit tranſire.*

¶ [11] *Quod æſtivo tempore verificari ſolet; quando nempe, præ nimio calore, eſtuatur, atque eo magis in nimia repletione. Cauſae enim quae caput replent & gravent longe aliae ſunt, quam exalationes. De illis in adnotatione ad quartum praeceptum jam ſatis dictum eſt.*

fumoſis exhalationibus caput replet, deſtillationemque parit. Sed de hoc uberius infra cap. 3.

SEPTIMUM, ne lotium diutius, quan natura fert, remoretur [12]: hinc enim interdum

---

¶ (12) *Nam ſaepe Iscuria, ſtranguria, dyſuria ſequuntur. Urinae enim exitum muſculus detruſor molitur, qui in veſicae repletione diſtenſus mejendi neceſſitatem inducit, & eo fortius quo validius diſtenditur. Hinc acriter laceſſitus ad convulſionem uſque corrugatur, & urinam undequaque preemens, uretrae ſphinteris reſiſtentia ſuperata per uretram ipſam expellit. Neque verum eſt ſphinterem ob vim muſcularem aperiri, iterumque claudi, ſed tantumodo rigiditate ſua urinae involuntarium exitum probibere. Si vero urina pluſquam par eſt retineatur, detruſor nimis diſtractus paralipticus evadit, ut conſtringi nequeat, unde urinae ſuppreſſio quae niſi perita manu per cateterem ſphinter ipſe aperiretur, nequequam prodiret. In ſenio ob urinae acrimoniam idem evenire ſolet quae ſphinteren continuo irritando, reſolutionem facit. Inſuper urinae retentio calculis ſaepe originem praebet. Jam notum eſt omnem urinam calculorum elementa continere, quae in variis hominibus non eodem concreſcunt tempore, nempe modo citius, modo ſerius. Quapropter ab aliquibus retinetur urina abſque ullo funeſto eventu, ab aliis neque per horam, quin in dolores nephriticos & in Iſcuriam incident. Haec enim elementa, ſunt partes exiliſſimae a vaſorum membranis, aliiſque ſolidis*

oriuntur δυσουρια, καὶ ισχουρια hoc eſt vitia, in quibus urina aut ægre & difficulter excernitur, aut in totum ſupprimitur ac cohibetur. Eodem modo calculum aliquando & aqua intercus gigni perhibentur, neque aliud quidquam æque veſicam lædit, atque longior, ultra mingendi voluntatem, lotii retentio, id quod teſtantur cum primis Galenus lib. *6*. c. 4. de hoc affect. Rhazes lib. 4. cap. *6*. ad Almanſ. & Avicen. Fen. 19. 3. tract. 2. c. *6*.

OCTAVUM, ne compreſſis natibus ventris onus ſupprimere [13] & retinere tentet, ita namque in-

---

partibus per vitæ vim avulſae, ut etiam per vitæ vim eorum defectui nutritiva facultas ſuppleat, quæ dummodo lotium in motus agatur, nullam inter ſe attractionem exercent, quam primum quieverit, invicem attrahuntur, & in arenulas concreſcunt, inde in lapillos, qui niſi cum urina egerantur in magnos calculos abeunt. Cum enim hoc magnum vitium in urina viſum eſt, curandum ne diutius in veſica retineatur; ſimiliter omnia vitanda alimenta, quæ adtritum per vaſa intendunt, uti ſunt aromata, & ſpirituoſa, cujus ope partes ſolidæ copioſius abraduntur, & calculi elementa conſtituunt.

¶ [13] *Quod ulteriori probatione non indiget, nam vulgaris experientia hoc idem probat: nimirum a fœcibus per vim retentis colica, vertigo, vomitus &c. ſimiliter verum eſt fœces retentas exiccari per venas, quæ ab inteſtinis craſſis in me-*

durantur fæces in inteſtinis ob continuam ſuctionem venarum meſeraicarum, quæ cum inteſtinis continuatæ, omnem humiditatem e fæcibus exugunt, quo fit ut illæ exiccatæ, difficilioris exitus inteſtina obſtruant, oppilentque: oppillationem vero, ob flatuum eductionis præcluſionem, & aliarum conſequentium fæcum coacervationem, nocumenta ſequantur cum illa quæ cap. 4. enumerantur, tum etiam quæ referuntur a Cornelio Celſo lib. 1. cap. 3. Ex ventre inquit, ſuppreſſo, inflammationes, caligines, capitis dolores, aliaque ſuperioris partis mala increſcunt. Quibus accedit etiam, ut Rhazes teſtatur, τεινεσμὸς & cibi faſtidium, quod malum Græci ανορεξιαν Latini vero appetentiæ amiſſionem vocant.

SUMMOPERE præterea cavendum, ne in exoneranda alvo nimio [14] conatu utatur, nam & hinc non rara ſequi ſolet τεινεσμὸς ſive exitus inteſtini, quod ab offe ſacro ad anum uſque pertinet, Græcis απευθυσμενον και αρχον dicitur, Latinis Longa non rectum, & princeps, teſte Andrea Væſalio lib. 5. c 5. fabricæ humani corporis.

ſocolon abeunt, per quas clyſmata nutrientia abſorbentur.

¶ (14) *Non ſolum hæc, ſed etiam pejora mala, nimirum propter continuos conatus agitur ſanguis per arterias majori celeritate, quam a venis reſorbetur, quæ diſtractæ varicoſæ evadunt, & non raro inflammantur cum ſuppurationis metu, præter acerrimum dolorem in fæcibus excernendis.*

ULTIMO

ULTIMO tandem loco ſubiungitur, longiſſimo tempore victurum, quicunque hæc præcepta ſtudiose, & diligenter obſervaverit.

SI tibi deficiant Medici, medici tibi fiant
Hæc tria: mens hilaris, requies, moderata diæta.

HOC loco fit mentio trium remediorum, quæ in defectu Medici vicem ejus cum apud alios, tum nobiles maxime, & excellentes viros ſupplere poſſint:

PRIMUM, animus hilaris (15), ac lætus

¶ [15] *Nil tam certe præſervat a morbis, quam animi hilaritas, ſed qua lege, & qua ratione non adhuc innotuit. Dubitandum autem non eſt mechanicas functiones rite & recte procedere in lætitia, & præſertim inſenſibilem perſpirationem quæ omnium excretionum eſt maxima, & vix ſuppreſſa varia adfert ſymptbomata. Ita Boerhavius. prælect. academ. de perſp. inſenſib. tom. 3. pag.* 307. *Parag.* 430. Efficiunt, augent, conſervant, reſtituunt hanc . . . . Affectus moderatæ lætitiæ &c. *Atque Hallerius in adnotatione num.* 22 Animi conſolatio facit corpus leviſſimum, eodem numero, timor & triſtitia gravius. *Hæc enim Hilaritas ſi nimis exceſſerit funeſtos parit effectus, & quidem in inſtanti: ſive per intentius cordis*

lætitia enim calorem excitat naturalem, ſpiritus temperat, & puriores reddit, virtutem corroborat, ætatem floridam facit, juvenile corpus diu conſervat, vitam prorogat, ingenium acuit, & hominem negotiis quibuslibet obeundis aptiorem reddit. Convenit ut hæc ipſa lætitia ſive gaudium, bonæ valetudini commodum, ſit temperatum, non excendens modum, neque repentinum. Nimio enim & repentino gaudio, quemadmodum Galenus lib. 2. cap. 5. de Symptomaton cauſis, & Alexander Aphrodiſeus problemate 21. memoriæ prodiderunt, tanta fit cordis relaxatio, ut virtus vitalis, una cum innato calore tota egeratur, ac diſſipetur, adeoque syncope nonnunquam, & repentina mors conſequatur. Atque hujus quidem rei extant horribi-

---

momentum, a quo ſanguis ad partes celerrime pellitur per arterias, redit vero tarde nimis per venas ad cor, quod cum impleri eadem proportione non poſſit, ac fuit depletum, gravi ſyncope adficietur, ex qua etiam aliquando mors, ſive quod ſpiritus animales celeribus ſuccuſſionibus cohæreant in extremitatibus, unde convulſio ex nimia repletione. Inſuper longe periculoſius repentinum gaudium accidit illis qui gravi mœſtitia tenentur, & e contra. Oportet igitur ut taes adfectus, ſive triſtes, ſive læti fuerint, gradatim excitentur, alioquin ſemper periculum involvunt, non ſecus ac mutationes inſtantaneæ, quæ in corpore ſive ſano, ſive infirmo fieri ſolent.

lia, ac pertimeſcenda exempla apud T. Livium Deca: 3. lib. 2. Val. Maximum lib. 9. c. 12. Plin. lib. 7. cap. 31. & 53. & A. Gellium lib. 3. c. 15. At enim cum, juxta tritiſſimum ſcholæ medicorum dictum contraria contrariis curentur, ac depellantur, illis potiſſimum gaudium adſciſcendum eſt, qui triſtioribus animi pathematis immodice conficiuntur. Quod ſane per illa cum primis conſequentur, quæ principes facultatum partes corroborant, ſanguinem bonum generant, & ſpiritus inſtaurant: eadem quippe, & menti, Avicenna 4. 1. cap. 1. & 11. tract. 2. cap. 10. teſte, gaudium, & lætitiam conciliant, adiunguntque. Hujusmodi porro ſunt cibi ſuaves & boni ſucci, vinum ſubtile ac delectabile, boni & fragantes odores, delectabilium rerum commemoratio, & cum amicis & familiaribns frequentior & jucunda converſatio. Quare, ut Eobanus noſter diſerte canens admonet:

Utere convivis non triſtibus, utere amicis,
Quos nugæ & riſus, & ioca ſalſa juvant.
Quem non blanda juvent varii modulamina cantus!
Hinc iecur, & renes, ægraq. corda ſtupent.
Nam nihil humanas tanta dulcedine mentes
Afficit, ac melicæ nobile vocis opus.
Tange lyram digitis, animi dolor omnis abibit,
Dulciſonam reficit triſtia corda melos.

Atque hinc adeo eſt, quod graviſſimus auctor Plutarchus in lib. de virtute morum tradit, Pythagoram animo pacando, ſedandoque ab affectibus, & perturbationibus vehementioribus Muſicam adhibere ſolitum. Sic Saul quoque per David

pallentem a ſpiritu maligno liberatum legimus. His ſimilia, & ſcitu non indigna, lib. 1. & 14. Dipnoſophiſton Athenæus refert. Atqui hactenus quidem dicta magna ex parte hiſce etiam verſibus ex Hieronymo Fracaſtorio complexi ſumus.

Tu tamen interea effugito quæ triſtia mentem
Sollicitant, procul eſſe iube curaſque, metumque
Pallentem, ultrices iras: ſint omnia læta.
Alma Ceres te in hoc, Bacchi duo læta juvabunt
Munera, ſic dulces epulæ, ſic copia rerum.
Sic urbis, ſic ruris opes, & ſumma voluptas
Viſere ſæpe amnes nitidos, iucundaque Tempe,
Et placidas ſummis ſectari in montibus auras.
Accedant juvenumque chori, miteſque puellae.

SECUNDUM, Animi tranquillitas (16): nobiles enim, & excellentes viri, ob maximas & diverſas curas, quas ſuſtinent (ſi ipſi cætera omnia ante pariter adfuerint) mentis inquietudine magis, quam mediocris conditionis homines læduntur. Nam ſi quid aliud, hæc maxime ſomnum impediat, qui nobilibus cum blioſæ fere, & ſiccioris naturæ ſint, imprimis conveniebat. Vigiliæ vero, ut Galenus lib. 7. cap. 6. Terapeu. meth. auctor eſt, magis adhuc totum corporis habitum ſiccant, adeoque iis, qui alioquin ex ſiccitate laborant, infeſtiſſimæ ſunt. Vel (*Re-*

¶ (16) *Quæ cum hilaritate ita convenit, ut ſub uno, eodemque vocabulo comprehendatur.*

quies (17)) hic ad corporis quietem, quæ motui opponitur, referenda eſt. Nam & hæc quoque ad valetudinem neceſſario adhibetur. Calorem (18) enim naturalem aſſiduis laboribus fractum diſſipatum revocat, vires exhauſtas ac pene perditas recuperat, adeoque præſtat, ut animal ſe colligat, ac durare poſſit. Quod diſerte admodum apud Ovidium lib. 1. epiſt. 4, Phædra Hyppolito iis verſibus ſignificavit.

Quod caret alterna requie durabile non eſt.
Haec renovat vires, feſſaque membra levat.

¶ [17] *Natura humana ita a ſummo Artifice comparata eſt, ut in eodem ſtatu, eodemque vitæ tenore ſubſiſtere non poſſit: ideo placida quiete indigemus poſt ſublatos labores, alioquin ad novum exercitium impares eſſemus omnino. Curandum autem, ne utrumque exceſſerit, nam continuus labor, & diuturnus humores exiccat, unde vaſa minima impervia fiunt uſque dum occaleſcant, unde citior ſenectus. Quies e contra torporem in nervis, & in humoribus maximam cohæſionem, unde ſtaſes, obſtructiones, cacochimia, Hydrops &c.*

¶ (18) *Dummodo per calorem naturalem intelligatur calor ille, qui ab oſcillatione vaſorum, cordis nempe & arteriarum, atque a ſanguinis motu producitur, & hic a motibus voluntariis intenditur potius, quam extinguitur. Melius quidem intelligendum de facultate producendi calorem, quæ in partibus ſolidis repoſita eſt, & in earum exercitatione. Verum quia hæ poſt diuturnos motus & labores extenuatæ collabuntur, ob diſpendium ſpiri-*

TERTIUM, Moderata diæta (19), id eſt, modus ſeu ratio vivendi, Græcis communiter διαιτα dicitur, Latini victus rationem reddunt. Quidam Græcam dictionem retinere, ac Latinis characteribus, diætam ſcribere maluerunt, vulgus Regimen ſanitatis, ſive regulam victus appellat. Complectitur autem in ſe, non modo, quæ ad cibi, & potus rationem attinent, ſed reliquas etiam res omnes, quas non naturales medici uno ore vocare ſolent. Harum enim commodus & moderatus uſus ſaluberrimus eſt, &

---

tuum nervorum, qui una cum perſpirabili ſanctoriano ab omni corporis ambitu evolant, expedit ut per quietem denuo, reproductis ſpiritibus, reficiantur.

¶ (19) *Quæ quantitate non excedat, neque ex adverſo ita deficiat, ut morbi a neceſſarii delectu oboriantur, fortaſſe diffiſiliores curatu illis, qui a contrarii præſentia fiunt. Negari autem non poteſt omnes fere morbos ab intemperantia, & exceſſu in victus regimine oriri, neque ſolum de illis intelligendum eſt, qui a ciborum degeneratione, & quavis viſcerum corruptela cauſam recognoſcunt, verum etiam de illis a quacunque prava humorum diatheſi ortis. Licet enim ut plurimum errores in victu committantur, non ſemper febris putrida, aut hujuſmodi alia invadit. Tranſeunt interea humores mali ominis a viſceribus in ſanguinem, gradatim fortaſſe abſque ſenſibili noxa, qui vel cacochymiam, vel plethoram, vel*

corporis conſtitutionem conſervat: Intempeſtivus verò & immodicus ſanitatem, adeoque naturam hominis corrumpit. Ut igitur vita morbis omnibus minimè obnoxia ſit, harum legitimus uſus ſolicite ac diligenter ſervandus eſt: Plura infra capite 55.

CAP. II.

DE CONFORTATIONE CEREBRI.

Lumina mane manus ſurgens gelida lavet unda.
Hac illac modicum pergat, modicum ſua membra,
Extendat, crines pectat, dentes fricet, iſta
Confortant cerebrum, confortant cætera membra.
Lote cale, ſta pranſe, veli, frigeſce minute.

---

denſitatem adferunt, vel quodcumque aliud vitium, cui quamprimum occaſio acceſſerit, morbus invadit. Nunquam enim ægrotamus, niſi humores ad hanc, aut ad illam ægritudinem diſpoſiti fuerint, nimirum vel quia denſitate, vel fluiditate, vel quovis alio vitio laborent. Vid. Boerhaev. tom. 4. pag. 37. §. 714.

Hic tradunt ſex præcepta de confortatione tum cerebri, tum reliquorum membrorum omnium.

PRIMUM, ut ſingulo [1] quoque die mane oculi jejunio laventur: a ſordibus an. & lemis quæ in ipſis noctu coacerv.ntur, & palpebris adhæreſcunt, ne inde læſionem percipiant,

¶ (1) *Et quidem multiplici ratione. Primo ut interna & externa vaſa roberentur, enervata tempore ſomni a majori humorum adfluxu ad caput, tum ob ſitum horizontalem, tum ob quietem muſculorum, qui humores eo tempore ab arteriarum extremis in venas non pellunt, quod quidem verificatur quam facile: nam a lectulo egreſſi oculos græves perſentimus, non ſine aliqua difficultate aperiendos. Inſuper eorum muſculi tota nocte otiando leni paralyſi afficiuntur, quæ aquæ adſperſione illico curatur. Vid. tom. 4. prælect. academ. Boerhav. pag. 226. §. 590. n. 3.* muſculi autem iis exercendis deſtinati, labeſcere, collabi, flacceſcere, paralytici fieri, primo in palpebris &c. *Probatum enim eſt in phyſiologicis tempore ſomni majorem humorum quantitatem inter arteriarum fines & venarum principia recolligi, quæ, dum vigilamus ob motum muſculorum voluntariorum abſque mora pellitur continuo. Ideo poſt ſomnum membra turgent, & torpent, nec non calceamenta & chyrotecas ſtrictiora deprehendimus. Humores prætera qui minus circulationi obediunt, & humorum impuritates per vaſa exalantia non admittuntur, atq;*

aut corrodantur diligenter repurgari debent (2); idque; aqua clara, viridi, & frigida, inperſa potius quam per manus admota faciendum eſt, vel certe in eadem aperti ambo, quoad potuerunt, immergendi, ac longiori deinde temporis ſpatio ſupprimendi ſunt. Hoc enim non abſtergit modo, ac clares nitidoſque, reddit, ſed ſanos etiam conſervat, viſum acuit & confortat, & maxime in juventute, quemadmodum Paulus Aeg. lib. 1. c. 31. Rhazes lib. 4. cap. 22. ad Alman, & Avicenna 33. Tract. 1. cap. 5. & 33. Tract. 4. cap. 5. fideliſſime tradunt. Cur autem frigida magis quam calida lavari debeant, ratio hæc eſt, quod, ut Galenus cum alibi ſæpe, tum maxime aph. lib. 1. commen. 16. & lib. 3. cap. 41. de alimen. facul. & cap. 86. artis medicinalis reſiatur, conſervatio intemperatis ſemper per ſimila (3) fiat. Oculi vero,

---

que circa oculos collecti lippitudinem faciunt ſatis moleſtam, quæ calore & quiete exiccata, ſine aquæ adſperſione diſcuti nequit.

¶ (2) *Non quia manus prius lotæ oculis noceant, verum ut adfluentius oculi abluentur, & lippitudo facilius amoveatur abſque rudiori contactu, unde nitidiores evadant viſioni perquam aptiſſimi.*

¶ (3) *Nimirum frigida frigidis, calida calidis. Verum in praxi contrarium experimur. Calor enim aliquibus in partibus etiam frigidis, ſi quæ ſunt in humano corpore in ſtatu ſano, propter inflam-*

ut lib. 5. c. 1. de generat. animal. & lib. 2.c. de partibus eorundem, & in lib. de ſenſu, & ſenſibili c. 2. Ariſtoteles ſcribit, ſunt de natura aquæ, hoc eſt, frigidi, quare etiam frigida potius, quam calida lavari debent. De recreatione, & confortatione viſus paulo poſt, & infra c. 79.

SECUNDUM, ut manus quoque laventur (4): cum enim inſtrumenta ſint, quibus emundantur

---

mationem ita intenditur, *ut per refrigerantia in expediat temperari. Interdum oculi ophtalmia laborant, inflammantur, rubent extravaſato ſanguine obſeſſi, & tunc refrigerantibus ſunt temperandi. Non igitur natura frigidi ſunt, alioquin non inflammarentur, quia vaſis ſanguiferis conſtant copioſiſſimis. Ita ex adverſo partes natura calidæ frigeſcunt, ideo calidis ſunt curandæ, ut in febre algida videre eſt.*

¶ [4] *Quod multum facit ad facilitandam inſenſibilem perſpirationem. Nam dormientibus ut plurimum intenditur perſpiratio. Vid. tom. 4. Præ, lect. Boerhav. pag.* 310. *in dictione* ſomnus. Mirum eſt quantum ad perſpirationem ſomnus faciat &c. *& tota cutis patentior fit, unde una cum perſpirabili adeps ſubcutaneus cutem pervadit, & aliquo modo poros obturat: ideoque eam mundare oportet, ut ab eo liberetur, quod per aquam frigidam commodius conſequitur, per quam tota cutis & ejus vaſa pariter roborantur. Damnatur autem ad hoc opus aqua calida, quatenus calor*

organa ſuperfluitatum cerebri, aures nimirum, oculi, nares, & os, conveniet ſane, & ipſas

---

innatus ab internis viſceribus ad exteriora revocando, digeſtionem impedit, & vermes creat, quod experientia & ratione non conſtat. Et ſi credere velimus digeſtionem prohiberi per aquæ calidæ ablutionem, hoc utique eveniret quia calida in muſculis manuum & nervis quandam inferret debilitatem, quæ per conſenſum partium ſolidarum, licet remotiſſimum, ſtomaco comunicaretur, non quia calor innatus revocaretur ad partes externas, imo potius ab externis ad ſtomacum tranſiret. Et re vera dum frigeſcimus, vix ad ignem manibus admotis, reliquas corporis partes incaleſcere ſentimus. Ita ex adverſo manibus in frigidam immerſis ad mincendum provocamur, conſtrictis omnibus vaſis & nervis per partium ſolidarum conſenſum. Sed pro rei veritate hoc ratiocinium nullo modo admitti poteſt, neque aliæ vigent rationes. Stricte autem loquendo concludere licebit per ablutionem aquæ frigidæ digeſtionem promoveri, ſcilicet per partium ſolidarum conſenſum, roborando nempe ſolidas partes, ut earum momentum intenſius fiat. Frigus autem quam mirabiliter digeſtioni ſubveniat, ita certum eſt, ut probatione non indigeat. Sed hoc etiam ſtricte nimis quatenus talis frigidæ effectus, cum momentaneus ſit, & tantummodo per remotiſſimum conſenſum, digeſtioni nullo modo favere poteſt, non ſecus ac de aqua calida intelligendum eſt.

cum primis eſſe mundas. Lavandæ igitur ſunt, frigida magis, quam calida: & hoc quidem cum alias ob cauſas tum maxime, quod lotio manuum in aqua calida, & præcipue poſt cibi ſumptionem, Avicenna 16. 3. Tract. c. 1. teſte vermes in ventre generet. Quia innatus calor, qui in ventriculo, ac reliquis nutritionis membris concoctione operatur: per ejusmodi lotionem ad exteriora retrahitur, itaque imperfecta fit concoctio, quæ potiſſima generationis vermium cauſa exiſtit. Plura de lotione manuum infra capite 23.

TERTIUM, ut poſtquam è ſomno expergefactus ſurrexerit, paulatim (5) inambulando ſe moveat: ut primæ, & ſecundæ concoctionis excrementorum redundantiæ, quæ ſunt fæces, & urina, deſcendant, & ad faciliorem excretionem præparentur adjuventurque.

QUARTUM, ut ſub idem tempus pandiculetur (6), hoc eſt, manus, pedes, & ſimul

---

¶ [5] *Nam creber & fortis motus fæcum potius exactionem impedit, quam promovet: Facto nempe motus centro ab intus extra, unde ſudore, vel pleniori perſpiratione erumpente, adſtringitur venter: veluti cutis raritas alvi ſtipticitas. Vel potius a violenta muſculorum voluntariorum actione, omnes fibræ inteſtinales validiores factæ, fæcum ſtimulum parum, aut nihil ſenſiunt.*

¶ [6] *Potius ut per motum muſculorum humor, & ſanguis, qui inter arteriarum fines & vena,*

totum corpus extendat : quo videlicet ſpiritus vitales qua cum ſanguine, qui per ſomnum intro magis fugiunt, ut libro 6. par. 5. Ep. apho. 26. doctiſſime Hyppocrates dixit, ad exteriora membra revocentur, eoque, modo ſpiritus cerebri puriores, ac temperatiores reddantur.

---

rum principia detinebantur, novam ineant circulationem, vide ſuper de oculorum lotione. Non quia ſpiritus & ſanguis intus fugiant, quod de ſpiritibus tantummodo verificari poteſt, dummodo intelligatur per motus vitales & naturales impendi, non vero per voluntarios, qui ſomni tempore quieſcunt: quòd cum ad Hyppocratis auctoritatem attinet, videtur potius intelligi debere de inſenſibili perſpiratione, per quam caput & ſpiritus repurgantur, licet hæc ſub ſomno uberior ſit hoc tamen excuſſo aliquo modo turbatur & impeditur unde per motum muſculorum voluntariorum iterum provocatur. Dum enim quieſcimus, ſub placido ſomno, inſenſibilis perſpiratio tota vitalis eſt, a viribus nempe cordis & arteriarum producta: Ux vero vigiles, vires hujuſmodi ex aliqua parte ceſſare videntur: Expedit ergo ut earum defectui motus voluntarii ſuppleant, ne forte quod erat expellendum retineatur cum aliquo ſanitatis diſcrimine. Ideo Hyppocrates: eoque modo ſpiritus cerebri puriores & temperatiores reddantur. Diximus ſomni tempore ſanguinem ad caput uberius tranſferri, ejuſque vaſa magis implere; Imo quo longius ſomnus protrahitur, eo fortius vaſa diſten-

QUINTUM, ut crines pectat [7], & ornet. Per hoc enim pori capitis aperiuntur, cerebri vapores in ſomno collecti ab oculis ad ſuperiora eliciuntur, ac diſſipantur, & ſpiritus temperantur, ſubtilioreſque fiunt. Pectinis igitur ſupra caput adminiſtratio ſenſuum inſtrumenta, & corporis reliquúm corroborat, viſionem acuit, & cogitationem reddit meliorem, adeoque ob id ipſam interdiu ſepius revocanda eſt, veluti Avicen. 3. 3. tract. 4. cap. 3. copioſe ſcribit. Atque huic ſane iſtituto pecten. eburneus probe politus, & lævigatus tutiſſimum præſtabit uſum, moderate a fronte cervicem verſus quadragies ductus, Marſilio Ficino lib. 1. de vita c. 8. teſta.

SEXTUM, ut dentes fricet, ac mundet [8]: immundities enim dentium præterquam quam

---

di, quæ nimis repleta gravedinem vertiginem & torporem afferre valent. In ſomno vero moderato hæc omnia abſunt, vel tantummodo momento temporis deprehenduntur, per ſimplicem pandiculationem excutienda, cujus ope novum robur omnibus vaſis conciliatur, ſpiritus nervoſi promptius ad partes fluunt, caput nimio pondere liberatur & totum corpus levius fit.

¶ (7) *Frictiones quæ in toto corpore fieri ſolent mirabiliter perſpirationem augent. Hæ autem in capite ſicuti neceſſariæ ſunt, ita non niſi per pectinis auxilium fieri poſſunt.*

¶ [8] *Fragmenta ciborum quæ inter dentium*

quod oris graveolentiam parit, ſpiritus etiam fœtidos, impuros, & turbulentos exhalat, qui ad cerebrum elevati, ipſi non parvam noxam inferunt. Sordes item dentium cum cibo permiſtæ, & in ventriculum delatæ, cibum ipſum ſæpe corrumpunt. Idem de lingua judicium eſt, nam huic adhærentes ſordes, ne in ventriculum deferantur, diligenter abſtergendæ ſunt. Quare os mane experrecto gargarizandum, & (niſi hyems ſit) multa aqua frigida, cui aceti nonnihil admiſtum ſit, ſovendum eſt, ut eleganter admodum lib. 1. cap. 2. Cornelius Celſus præcipit. Nihil autem dentib. æque nocet, ac frequentior lactis (9) eſus, veluti Galenus lib.

---

interſtitia remanent quam facile corrumpuntur, unde dentium nitorem deturpant, gingivas erodunt, & fortaſſe etiam ſanguinem inficiunt, illis præſertim, qui quadam diſcraſia laborant. Liber enim eſt aeris acceſſus ad illas partes, quæ corruptioni ſatis favet, atque facilius ob naturalem calorem.

¶ [9] *Neſcio qua ratione hoc dictum ſit, cum potius lac optimum ſit præſidium contra ſcorbutum, & eroſiones in hoc morbo familiariſſimas. Lac enim pro ut tenue & fluidum alimentum, intra dentes nil relinquit, quod putreſcere poſſit. Præterea lac neque in putridum poteſt converti, præſertim ab animalibus herbivoris elicitum, cum potius putredini ſit omnino contrarium. Ideo in morbis ab alcalino ſpontaneo præſtat ſummopere.*

3. cap. 14. de alimem. facul. diſerte, & copioſe ſcribens admonet. Nocet, inquit, lactis eſus aſſiduus dentibus, & circundatis carnibus, quos gengivas nominant. Has enim humidas, dentes vero putrefactioni & eroſioni admodum obnoxios reddit. Sumpto igitur lacte, os uno diluto colluere conveniet. Satius autem fuerit, ſi mellis etiam quidpiam ipſi inieceris. Ita namque omne caſcoſum, quod ex lacte dentibus ac gengivis circumfixum fuerit, abſtergetur. Quod ſi etiam cuipiam tam robuſtum ſit caput, ut vini meri collutione non offendatur, melius is dentibus & gingivis conſuluerit, veruntamen & mel vino permiſtum, miſturam ex utroque reddit meliorem. Illud vero dentium incolumitati tutiſſimum adverſus lactis injurias fuerit præſidium, ſi quis poſt ſumptum ipſum primo me-

---

In puſtulis oris, a ſcorbuto aliiſque cauſis enatis, ore detentum ardorem & dolorem moleſtiſſimum temperat, & fœtorem delet. Unico tandem verbo, non datur morbus a diſcraſia ſcorbutica alcalina vel muriatica productus, qui ab uſu lactis, prudenti manu exhibiti integre non curetur. Dentes vero & os vino generoſo, aut aceto cum aqua diluto leviter confricare, & abluere ſani conſilii eſt: eo magis ſi alveoli ita flacceſcant, ut ſanguinem atrum ſponte depluant, uti in ſcorbuto accidere ſolet. Practici fere omnes quecunque ſpiritu acido utuntur contra diſcraſiam, quam alcalinam vocant.

loriato, deinde vino adſtringere os colluat. Hæc ille. Porro modus, quo dentes a putredine, eroſione, dolore & graveolentia vindicari poſſint, optimus nobis a Dioſcoride lib. 4. c. 146. Plinio lib. 26. cap. 8. Galeno lib. 8. cap. 136. de ſimp. medi. facul. & Avicenna 732. c. 2. præſtituitur, ut os ſingulo quoque menſe, vino vel aceto, in quo Tithimalli radix ad dimidias decocta ſit, bis colluatur. Hoc enim non ſolum dentium, ac oris commendat odorem, ſed eorundem etiam dolori auxiliatur, & ſanitatem conſervat. Idem hoc remedium ex Archigene habet Galenus lib. 5. de compoſ. phar. ſecundum Locos cap. 18. Plura infra c. 80. Aures quoque bene a ſuis reduntantiis exonerandæ ſunt, neque ſolum eorum excrementorum, quæ manifeſte per certos meatus, ſed omnium, etiam quæ occulte exeunt, vacuatio laceſſenda, & molienda eſt.

ULTIMUS, verſus tria præcepta ſaluberrima complectitur [10] [*Primum*] ut balneo lotus

¶ [10] *Quoties de Balneo calido intelligatur, prudentis eſt, aeri frigidiuſculo ſtatim corpus non exponere, ne forte, id quod ad cutim adfluxit, iterum retropellatur, unde ſtaſes, catharri, aliaque hujusmodi. In Balneis vero ſubfrigidis, quæ æſtivo tempore adhibentur, liberius eſt procedendum: nimirum a Balneo egreſſus ſtragulis calidis corpus tegere non convenit, ne forte ſtatim incaleſcat quod refrigerare volumus. Sufficit tantummodo, ut in lectulo, ſub naturali calore quieſcat.*

atque æſtuans omni cura, & diligentia adverſus ambientis cæli frigidiorem intemperiem ſeſe muniat, & defendat, ne illa ſcilicet per poros è balneo apertos in omne corpus permanans, ibidem mali quippiam ingeneret. A contrario ſiquidem ad contrarium repentina, & inordinata transgreſſio. Gal. aph. lib. 3. commen. 22. teſte periculoſa admodum exiſtit, præſertim cum facta ad frigiditatem ſubita commutatio eos, qui antea diffiabantur, & per ſudores evacuabantur humores, tam in profundum corporis repellat, adeoque partes etiam ad ventriculum, atque inteſtina attinentes offendat.

OBSERVANDUM, etiam, ne a recens accepto cibo [11], balneo ſtatim utatur: neque

---

¶ (11) *A Balneo frigido, non ſecus ac a calido noxa non parvi momenti. In primo omnia vaſa & fibræ ita tenduntur, ut ad validius momentum concitatæ, citiſſime omnes functiones & excretiones perficiant, præſertim urinam, & inſenſibilem perſpirationem, quæ fere momento temporis ſenſibilem calorem aquæ communicat. Ob conſenſum partium ſolidarum etiam ſtomacus & inteſtina celeriorem digeſtionem & chylificationem abſolvunt: Unde accidit chylum crudum non adbuc bene paratum, ſed alimentorum quandam indolem continentem venam ſubclaviam inire & indigeſtum ſanguini miſceri: quapropter multa mala timeri poſſunt. Idem evenire ſolet a motu violento poſt prandium & revera ſæpius vidi Juvenem ſtatim ab abſumpto ci-*

protinus poſt lotionem comedat aut bibat: qui enim paulo ante bibit huic caput repletur: qui vero cibum ſumpſit, non caput modo, verum & corpus totum alimoniam ad ſe priuſquam concocta fuerit, trahit, adeoque crudis, & incoctis humoribus impletur: Statim vero poſt lotionem cibum, vel potum ſumere, caput replet, devoratusque interdum ſuperfluitatem facit, quemadmodum copioſe in 3. lib. de vict. rat. in morbis acutis commen. 55. & 56. & in

---

bo velociter motum dira tuſſi & aſmathe torqueri, facie & oculis ſanguine ſuffuſis, non aliam ob cauſam quam propter prematuram chylificationem, quæ chylum acerbum ſanguini miſcendo per pulmonum vaſa tranſeuntem talia ſympthomata produxiſſe. Ideo Bulbulcos aratores, omneſque qui aſſiduo quotidiano labore exercentur, & victu ſicco, & rudi utuntur, obſtructione hepatis, lienis, aliorumque viſcerum laborare. Educitur ergo ex antedictis ad chylificationem determinatum tempus requiri, ut alimenta gradatim in ventriculo digerantur, perficiantur in inteſtinis; ut humores digeſtioni, & chylificationi dicati adfundantur, quorum ope primam naturam deponunt, & in aliam prorſus diverſam, ſed homogeneam, commutantur, in qua chylus blandus & dulcis conſiſtit, qui vaſa lactea ingredi valet, dum reliqui humores quamcumque acrimoniam continentes, vel quodammodo rudes excluduntur, facile vero tranſituri per vim muſculorum trudentium adauctam, & per

lib. de Maraſmo cap. 14. Galenus oſtendit. De potu idem confirmat etiam Cornelius Celſus, qui lib. 1 cap. 3. in eum ſcribit modum: illud noſſe oportet, quod ex labore ſudanti, frigida potio pernicioſiſſima eſt, atque etiam (cum ſudor se remiſit) itinere fatigatis inutilis. A balneo quoque venientibus, Aſclepiades inutilem eam iudicavit. Atque ſudanti adhuc, frigidum

---

vaſorum intentiorem oſcillationem ſub violenti exercitio.

In Balneo vero calido, vice verſa, impeditur digeſtio ob debilitatem, quæ in fibris motricibus inducitur, unde ſtomaci languores, debilitates, lypotimiæ, & vomitus. Num pari modo perſpiratio inſenſibilis remittatur, facile probari poteſt. Tum ob majorem adfluxum humeris ad vaſa arterioſa exalantia, quæ nimis plena obturantur, & libera oſcillatione deſtituuntur; quia ab immediato aquæ contactu flaccida decidunt. Verum de hac re nonnulla remanent dicenda.

Poſtremo quod ad Balneum attinet, animadvertere oportet, quod quidam Juvenes athletici, & bilioſæ temperiei, Balneum frigidum inire non poſſunt, niſi prius ſtomacum refocillent, vel ſaltem vix e Balneo egreſſi, aliquid comedere debent; tantus enim adpetitus excitatur, ut fere langueant, propter intentius vaſorum momentum, ex quo perſpiratio augetur. Hebrii per aquam frigidam ſtomaco & viſceribus adſperſam in ſe redeunt quam citiſſime, eo magis ſi in Balneum fuerint demerſi. Hanc

bibendum non eſt. Cavendum etiam, ne in ipſo balneo comedat, bibat, aut dormiat: inde enim bona ventriculi concoctio oblæditur, & naturæ pugna cietur, dum ſanguis, ſpiritus, & calor naturalis adſcititio balnei calore ad exteriora allecti, & protenſi, ad interiora retrahuntur (12), & in profundum ſecedunt. Inter dormiendum etiam humores aliqui in ventrem confluunt, qui non, ut in aliis ſomnis, concoquuntur, ſed longe plures fiunt, incocti permanentes. Somnus vero a balneo utiliſſime conceditur. Nihil enim eſt ut Galenus lib. 4. cap. 9. de Sanitate tuenda ſcribit, quod æque concoquat ea, quæ concoqui poſſunt, & malos ſuccos per halitum digerat, ut ſomnus a balneo.

---

enim diverſitatem temperamenti, ætati, & conſuetudini fortaſſe debemus. In his digeſtio fit citius, ſed integra, quatenus ad eam Balneum, & viſcerum optima valetudo concurrit, quam in illis, in quibus Balneum aliqua ex parte, reliqua vero non ſufficiunt. Methodum ergo medendi non ſemper eamdem inſtituere licet, etſi morbus ſit idem: Ideo temperamenti cognitio in medicina nimis præſtat.

¶ [12] *In Balneo frigidiuſculo adfluunt plus juxto humores ad caput, ob rapidiorem ſanguinis motum a corde ad idem caput, quod hoc tempore gravatur, etiam quia ab eadem atmoſphæra, ac corpus non comprimitur. Non enim ſufficit caput exterius aqua frigida adſpergere, quia*

SECUNDUM, ut pauliſper a cibi ſumptione ceſſo, & erecto corpore (13) conſiſtat, quo cibus ingeſtus, in ventriculi fundum, ubi concoctionis officina eſt, æquabiliter deſcendens promptius concoquatur, ac raro deinde nec ita longe inceſſu inambulet, ne ob vehementiorem corporis motum calor e profundo ad partes exteriores attractus, diſſipetur, adeoque cibi protrahatur concoctio. Plu a infra cap. 76.

TERTIUM, ut poſt venæ ſectionem frigeſcat [14], quod eſt in paulo frigidiore ambientis nos aeris conſtitutione tantiſper immoretur,

---

tegumenta oſſea hanc diligentiam eludunt, vel efficaciam longe minuunt. Hoc enim gravedinem, vel dolorem potius adferret, quam ſomnum, qui etiamſi invaderet, continuo totius corporis orripilatione averteretur. In Balneo enim calido verificantur fortaſſe, niſi omnino eſſet contra conſuetudinem.

¶ [13] *Præter neceſſitatem uti in num. 5. cap. I. probavimus. Convenit enim levis exercitatio, ut digeſtio per motum muſculorum facilitetur; damnatur e contra violenta, & excedens. Vid. ſupra de Balneo.*

¶ [14] *Poſt phlebothomiam corpus calefacere periculoſum; refrigerare vero periculoſiſſimum, quia eo tempore facillime mutationes accidere ſolent. In aliquibus enim vires languent, & Lypotimia ſequitur: redit namque ſanguis ad cor minori quantitate per miſſionem diminutus, ac e-*

ſive decumbat, dum ſanguis, & ſpiritus per phlebothomiam exagitati, ſedentur, & conquieſcant. Atque huic quidem interpretationi adſtipulatur etiam Joannes Fernelius, qui in libello de evacuandi ratione c. 19. in hunc modum ſcribit: „ neque igitur ad conſueta munia properet, neque ullo exercitationis genere ſe fatiget, neque celerius inambulet, neque utatur Venere, neque protinus calidiora loca ingrediatur, neque in balneum deſcendat: quandoquidem ſanguis, & ſpiritus vehementius incitati (15)

---

greſſus eſt: unde ad cerebrum deficit requiſita quantitas, & niſus, ut ſuccus nerveus ad partes urgeri poſſit eadem promptitudine ac in ſtatu ſano requiritur, ad functiones ſubſtentandas. Venæ ipſe aliquantulum exinanitæ, ab arteriis uberius ſanguinem recipiunt, expeditiores factæ, atque ob tardiorem motum non eodem tempore cordi reſtituunt, ac arteriæ ab ipſo corde receperunt. Venas pariter inalantes ab externo aere aliquid recipere poſſe non obſtat, noxium fortaſſe, & ſanguini miſcere. Humiditas ſaltem & frigus facillime inalantes venas pervadunt, & febres reumaticas, vel alia ſimilia producere poſſunt.

¶ (15) *Licet phlebothomia ſanguinis circulationem, aliquandiu torpidam, propter plethoram ad vaſa, promovere poſſit: Ideo non ſequitur ſpiritus ita ab ea concitari, ut tandem diſſipentur. Potius vero ſanguinis æſtus, & citiſſima circulatio, veluti in febribus ardentibus inflammato-*

„ ne diſſipentur, aut incaleſcant, ſedandi com„ primendique ſunt „ . Hactenus ille. Vel *Minute*,) adverbialiter hic accipiendum, pro eo, quod eſt parum, ſive paulisper; ut referatur ſcilicet ad ea, quæ immediate præcedunt, & ſic hic ſenſus: Sumpto cibo, cælo frigidiori te paulifper exponito, quo calor innatus, propter circumſtantem extrinſecus frigiditatem, ad interiora refugiens, & ſecedens, meliorem & concoctionem, & ſanguificationem, tum etiam nutritionem operetur. Experientia ſiquidem conſtat, calorem per ſeipſum, ac ſponte quidem poſt cibi ſumptionem, ut eum mutet facilius, ac concoquat, in profundum refugere: atque hinc adeo fit, ut exteriora corporis membra, quæ ante utcunque calida ſentiebantur, a prandio, atque cæna, frigore, tremore concutiantur. Quare naturæ in eo, quod recte operatur, opitulandum eſt. Nonnulli vero in hunc modum exponere maluerunt. Ne is, ſcilicet, cui vena ſecta eſt, ſe ſubito calefaciat, ſed paulatim, quod ſubitæ mutationes citra læſionem non facile contingant. In ejuſmodi enim permutationibus, quod plurimum exiſtit, atque repente, periculoſum eſt ſatis: quod vero paulatim fit, tutum: ut inquit Galenus aph. lib. 2. comment. 51. Idem teſtatur etiam Ariſtoteles Sec. 8. problemate 15.

DE RECREATIONE VISUS ADDITIO.

FOns, Speculum, Gramen, dant hæc oculis revelamen.
Mane igitur montes, ſub ſerum inquirito montes.

Tria hoc loco recenſentur, quæ inſita naturæ vi, & ſubſtantiæ quadam ſimilitudine oculos recreant, & viſum maxime conſolantur,

PRIMUM, fons: per quem quælibet pura, & perſpicua aqua, ſive ea ſit fontium; ſive fluviorum, ſive etiam puteorum intelligenda eſt. Hæc enim ob cognationem, & ſimilitudinem, quam cum oculis habet, viſum citra violentiam congregans [16], ad naturam reducit, & recreat. Το γαρ κατα φυσιν χρηζει των ὁμοιων, inquit Galenus aph. lib. I. comm. 16.

---

riis per phlebothomiam ſedatur, vel quia obſtacula contra cor agentia minuuntur; vel quia motus ipſe remittitur, quam primum aliqua mobilis pars minuatur.

¶ (16) *Fontes & flumina gratum equidem ſpectaculum oculis exhibent, & levi murmure etiam aures alliciunt, non vero ad naturam reducunt, quod effigeretur per radios lucis reflexos, qui oculis tantummodo ſanis objecta repreſentant, non vero ægritudines, ab interno humorum vitio, vel organico de-*

Oculi autem frigidi & humidi, perſpicui atque omnium partium nitidiſſimi & pulcre politi ſunt, perinde atque aqua, quo circa ab ejuſdem aſpectu eos corroborari, ſimul ac refici conſentaneum eſt. Atque hoc ſane conſilio Ariſtoteles Alexandrum illum cognomento Magnum inſtituens, ei percepiſſe videtur, uti frequenter ac diutius aquam viridem, claram, & perſpicuam intueretur, oculosque in ipſam ſubmergeret: ejuſque rei teſtem habemus non contemnendum Joannem Meſuem in opere practico de ægritudinibus oculorum. Cæterum ſi nulla fontium, aut fluviorum inſpiciendorum facultas fuerit, oculis profecto ex aquæ frigidæ, claræ, & perſpicuæ in pelvim viridem infuſæ contuitu eadem accedet commoditas.

---

fectu enatas, curare valent, quo caſu numquam ægrotarent. In locis nimis ſiccis, & ventilatis vaporibus ſuis nimiam aeris gravitatem minuunt, quæ plus juſto inſenſibilem perſpirationem promovet, & phlegmones parit. In aliis autem aerem humidum & nubiloſum facit perſpirationi adverſum, præſertim ſi aquæ ſtagnaverint, & tunc cachexiam, hydropem, & aliquando ſcorbutum adoritur. Cæterum aquas fluentes attente nimis inſpicere vertigines gignit: nam per nervum opticum cerebro inordinatus motus communicatur, qui æquabilem ſucci nervei fluxum turbando, talia producit ſympthomata.

SECUNDUM, (17) Speculum, quod & ipſum utique oculorum aciem eadem ratione excitare putandum eſt. Oculus namque levis eſt & lucidus, ac ſplendidus inſtar ſpeculi, quod tum experientia inter omnes conſtat, tum a Plin. quoque lib. 11. c. 37. oſtenditur. Oculis, inquit, abſoluta vis ſpeculi, adeoque, ut tam parva illa pupilla totam illam imaginem reddat hominis. Ea cauſa eſt, ut plæreque alitum è manibus hominum oculos potiſſimum appetant, quod effigiem ſuam in iis cernentes, velut ad cognata deſideria ſua tendunt. Cauſa etiam, cur ſpeculi inſpectione, oculorum acies excitetur, adeoque viſus ſubſtantia conſervetur, hæc adſignari poteſt, quod radii in ſuperficie ſpeculi collecti, quum ob denſitatem & duritiem ejus ulterius procedere non poſſint, minime diſſolvantur, ac diſſipentur; ob æqualitatem lenitatemque ſerventur infracti, ob nitorem vero augeantur, & multo, quam prius erant, reddantur fortiores, quod nec ipſum ſane Ariſtoteles, Meſue referente, ignoravit, cum eundem illum Alexandrum adhortaretur uti ſe ſubinde ad terſum & directum ſpeculum contueretur, & longiori deinde temporis ſpatio oculorum aciem in ipſum defigeret.

¶ (17) *Eadem ratio pariter prævalet: quia nemo huc uſque a quacumque oculorum adfectione, vel caligine per ſpeculi viſionem convaluit. Inſeruit potius ad mulierum vanitate alendam, & hominum etiam aliquando, qui illas imitare ſtudent.*

VITREA quoque vocata conſpicilia (18) viſus ſubſtantiam conſervant, adeoque præſtant, ne oculi minutioribus rebus contuendis victi faтiſcant, neve ſpiritus reſolvantur. Atque hinc certe gemmarum ſculptores, & aurifices ſubtiliter quidpiam, ac ingenioſe ſculpturi, ejuſmodi utuntur conſpiciliis, aut ſane per veſicam ex tenui poro, atque albo vitro conflatam, eamque clara, & perſpicua aqua plenam oculorum aciem rei ſcalpendæ intendunt. Cur vero ita viſus non defatigetur in cauſa eſt, quod ſpecies de modico clariori, ad denſius permeantes, maiores ſimul, & craſſiores appareant, adeoque viſum conſervent.

TERTIUM, Gramen, per quod quarumlibet herbarum. frondiumqne, ac aliarum etenim

---

¶ (18) *Diſtinguenda a Microſcopiis conſpicilia enim, ſive ocularia oculorum defectus corrigunt, qui ad duas ſpecies reducuntur: nimirum ad Præsbiopiam, quando humores exiccantur & Tunicæ complanatæ concidunt, uti in ſenio videre eſt, & tunc objecta viciniora intueri non poſſunt, niſi prius ſecederint. Huic defectui per lentem planoconvexam eſt ſubveniendum, quæ virtute ſua radios validius colligit, quam complanatæ tunicæ. Ad miopiam, quando nempe oculi plus juſto levati ſunt, quod quidem accidit in juventute, & tunc vitra planoconcava plus, minusve præſtant.*

rerum virentium contuitus (19) accipiendus eſt. Oculis enim jucundiſſimum ſpectrum viriditas eſt. Atque hinc ſanè Ariſtoteles problemate. 20 Sect. 31. quærit, Quamobrem cum cæteras intuimus res conſpectus noſter peius afficiatur atque fatiſcat; cum virides, & herbeſcentes inſpicimus, ut olera, cæteraque his ſimilia, recreetur, me-

---

¶ (19) *Superflua nimis ſunt quæ de hoc colore dicuntur, relatæ ad utilitatem, & oculorum conſervationem; ſuperfluæ pariter rationes, & auctoritates. Hoc autem verum eſt oculos ab hoc colore minus valide percuti, atque delectari potius, quam lædi; nec non ab omnibus vegetabilibus maximum percipi levamen, quæ quia continuo aerem ſaluberrimis & gratis effluviis implent, omne temperant phlogiſtum, quod ab animalibus exalat, vitæ, & ſanitati adverſum, atque pro ſua nutritione aſſorbent quotidie, ſimiliter humorum acrimoniam alcalinam potius, & muriaticam corrigunt, & refrigerant. Ideo ſalubriores ſunt qui Rura degunt, quam qui anguſtas Civitates, innumeris habitantibus, aliisque animalibus repletas, qui quaque verſus phlogiſtum exalantes, aerem ita inficiunt, ut mirum ſit quomodo vitæ ſubſtentandæ poſſit inſervire. Et re vera aer, qui ſemper idem reſpiratur, ita rareſcit, ut reſpirationem anhelosam, & hortopnæam faciat. Ita Lymneus, Claufort, Preſtly, aliique. Ab incomprenſibili Creatoris ſapientia, ſic proviſum eſt. Hæc duo Regna, animale ſcilicet, & Vegetabile ſubſiſtere*

meliorque evadat, An, inquit, conſpectum in alba, nigrave intendere minime poſſumus propterea quod utrumque id genus coloris videndi viribus officit: colores autem illi, quibus oculi acquieſcunt, medium albi, nigrive obtinent, itaque aſpectus cum mediocri lenique obvio afficiatur, nihil debilitatur: imo vero corroboratur atque reficitur. Hæc ille. Quanquam autem viridia omnia, utpote temperatiſſima viſum maxime colligant, atque oculos reficiant, inter ipſas tamen alia aliis efficaciora inveniuntur. Sic certe nullius aſpectus Smaragdo jucundior eſt. Quod Plinius libro 37. cap. 5. diſerte iis ſignificavit verbis: „ Herbas virentes inquiens frondensque avide ſpectamus, Smaragdos vero tanto libentius quoniam nihil omnino viridius comparatum illis vides. Præterea ſoli gemmarum contuitus oculos implent, nec ſatiant. Cum & ab intuitione alia obſcurata, aſpectu Smaragdi recreatur acies. Scalpentibus gemmas non alia gratior oculis refectio eſt, ita viridi lenitate laſſitudinem mulcent„. Idem fere lib. 29. cap. 6. de ſcarabæo viridi ſcriptum reliquit. „ Scarabæi, inquit, viridis natura, contuentium viſum exacuit. Itaque gemmarum ſculptores contuitu ea-

---

non potuiſſe, niſi unum ab alio temperetur. Quapropter quotidiana experientia longiſſimos, atque curatu difficiles, morbos per medicamenta pharmaceutica fruſtra tentatos, ſola aeris campeſtris mutatione integre ceſſiſſe.

rum acquieſcunt„. Neque obſtat quod Galenus c. 2. & lib. 1. de Sympt. cauſis, ubi ex profeſſo de iis agit, quæ oculos aut moleſtant, aut triſtant, & libro 10. cap. 3. de uſu part. cæruleo & fuſco recreandi & reficiendi viſus quam maximam vim ineſſe ſcribit. Sunt enim & hi colores medii atque temperati adeoque ob id oculis gratum & jucundum ſpectaculum præbent, viſumque morbo affectum, aut fatigatum corrigunt ac recreant, quod omnibus ſane coloribus ad medium inclinantibus commone eſt. Hoc igitur providentes pictores, qui in albis coriis & conſimilibus rebus quibus facile viſus offenditur, pingunt, colores cæruleos ac fuſcos apponunt, in quos ſubinde intuentes recreant oculos ac reficiunt. Atque etiam ophtalmia laborantes lux quidem offendit, eosque deprehendit. Fuſca vero ac cœrulea ſine dolore intuentur. Quæ hactenus dicta ſunt, ea omnia Marſil. Ficin. lib. 2. c. 14. de producenda vita, planius, & dilucidius iis verbis expreſſit. Cauſam, inquiens, perquiremus, ob quam color viridis viſum præ cæteris foveat, ſalubriterque delectet. Inveniemus tandem naturam viſus eſſe lucidam ac lucis amicam, volatilem tamen ac facile diſſipabilem. Idcirco dum per lucem ſe dilatat velut amicam interdum nimio lucis exceſſu rapitur prorſus, vehementi dilatione diſſolvitur: tenebras autem naturaliter velut inimicas fugit, ideoque radius in anguſtum inde retrahitur optat vero viſus ita perfrui lumine, ut per amicum hoc ſuum amplificetur quidem, nec tamen interim diſſipetur. Jam vero in quorum-

que colore plus admodum tenebrarum, ſive nigredinis eſt, quam lucis non dilatatur, nec ideo delectatur radius viſus ad votum. Ubi viciſſim plus admodum ſplendidi coloris eſt, quam nigri ſpargitur latius, noxia quadam voluptate diſtractus. Quamobrem color viridis, maxime omnium nigrum cum candido temperans, præſtat utrumque, delectans pariter atque conſervans, & molli inſuper & adhuc tenera qualitate, ſicut & aqua; radiis oculorum abſque offenſione reſiſtit, ne abeuntes longius diſperdantur. Quæ enim dura ſunt, ſimul & aſpera frangunt quodammodo radios. Quæ vero rariſſima ſunt, diſſolutioni aditum patefaciunt. Sed que ſoliditatem aliquam habent, lenemque ſimul æqualitatem, ſicut ſpecularia corpora, nec ipſa quidem frangunt, neque longius diſperdi permittunt. Quæ denique præter hæc beneficia, tenera quoque ſunt & mollia, ſicut aqua, reſque virides, liquidis oculorum radiis mollitia blandiuntur. Denique viſus radius quidam eſt in quadam oculorum aqua naturaliter nobis acceſſus, ac temperatum lumen in aqua, quodammodo reſiſtente requirit. Itaque gaudet aqua, delectatur ſpeculis ſimilibus, viridibus oblectatur. Hactenus ille. Addit Meſues Exercitatione quoque legendi ſcripta maiuſculis literis exarata viſum corroborare, adeoque non parum adtuendam oculorum ſanitatem conducere.

POSTE-

POSTERIORE verſu innuitur, Oculos matutino [20] quidem tempore, montium; veſpertino vero fontium colluſtratione recreandos, & reficiendos: quorum ratio ex prædictis facile elici poteſt. Per montes porro viridaria, hoc eſt, loca herbis, ac plantis virentibus conſita intelligenda ſunt. De conferentibus viſui, plura infra c. 79. De nocentibus vero cap. 78.

¶ [20] *Non adparet ratio, per quam oculi ſint recreandi, & reficiendi mane illuſtratione montium; ſero, e contra Fontium, cum quocunque tempore omnes Plantæ eandem præbeant colorem. Expedit autem mane montes petere, quia propter ſolis ortum, & liberiorem aeris motum, vapores, & humiditates diſſipantur, & puriſſimum aerem ad perſpirandum præbent. Hoc autem in tempore, humido, & nebuloſo, nequit verificari, quia nebulæ, ut plurimum, circa montium cacumina recolliguntur, quo caſu omnino vitandi ſunt montes, quia aer humidus perſpirationi inimicus. Vice verſa, Fontes, ſive in Vallibus, ſive planis ſiti, ſemper humidos vapores aeri comunicant, qui nonniſi prope meridiem à adulto ſole, diſſipantur, & aerem liberant, ita ut ſine noxa ſero poſſit reſpirari; ſimiliter quia Valles, vel alia hujuſmodi loca, minus ventilationi ſunt expoſita, calorem a ſole acceptum diutius retineat, qui humiditatem arcet, unde puriorem, & ſicciorem aerem ſervant adhuc, reſpirationi & perſpirationi accomodatum.*

C A P. III.

De diurno sive meridiano somno.

Sit brevis, aut nullus tibi ſomnus meridianus (1)
Febris pigrities, capitis dolor, atque catarrhus,
Hæc tibi proveniunt ex ſomno meridiano.

¶ (1) *Qua ratione ſomnus meridianus nocere poſſit, & Febres producere, non ita clare liquet, ut dubitari non poſſit. Probatum enim eſt, Cap. primo num.* 4. (ut in cœna) *tempore ſomni majorem ſpirituum quantitatem ad ſtomacum deferri, quia tunc temporis, motus voluntarii quieſcunt. Nonne eadem ratio prævalet pro ſomno meridiano poſt prandium? Verum quomodo nocere poſſit non repugnat: nam ſtomaci momentum validius factum, breviori tempore contenta alimenta digereret, ſi ſomnus diutius duraverit: ſed quia citiſſime diſcutimur, nimirum poſt unam, vel alteram horam, turbatur digeſtio, quia ſuccus nerveus, qui antea ad ſtomacum adfluebat totus, oportet, ut etiam motibus voluntariis inſerviet. Unde in hac inopportuna functionum mutatione, indigeſtio,*

QUATUOR diurni, ſive meridiani ſomni incommoda hic referuntur.

PRIMUM, febris, quæ dupliciter per ſomnum diurnum accendi poteſt: uno quidem modo in ſpiritibus [2], altero vero in humori-

---

& cruditates, quæ ſanguini aliquam cacochimiam conciliabunt, ideo febres, pigritia, & alia, in teſtu enunciata adoriuntur. Verum, non omnes, aeque male ſe habebunt a ſomno meridiano: Nam alii gradatim huic ſomno ſe aſſueſcunt, donec abſque noxa feliciter ferant. Alii validioris texturæ, & athletici, turbatæ digeſtioni, cum validiori ſolidorum momento, ita bene ſupplent, ut nullum incomodum inde ſentiant. Obeſi vero & cacochimici; nec non, ſedentarii, ab eo ſe debent abſtinere. Ita de Gorter *in comm. Aphor.* 344. „ *Hæc igitur* „ *eſt noſtra Sententia: quod ſi quis multa ca-* „ *cochimia, & viſciditate laboret, ex defectu mo-* „ *tus nata, eum poſt meridiationem, quoniam in* „ *his quiete, & ſomno longiori, magis augetur mor-* „ *bi cauſa, capitis gravitate ob defectum motus,* „ *& dolore gravativo, ob eumdem motum minus* „ *firmum, & acrimoniam aliquam ſpontaneam,* „ *longiori mora acquiſitam, affici &c.*

[2] *Impreprio vocabulo ita dicta, quia non a cauſa materiali veluti illa, quæ in unaquaque febre deprehenditur; verum propter calorem adauctum, qui a nimia reſiſtentia in ſtomaco enata, vaſa arterioſa comprimente; & a cordis momento intenſiori ad reſiſtentiam ſuperandam: quibus*

bus (3). In ſpiritibus quidem, quia aeres, & fumoſæ exhalationes, quæ vigiliis diſpergi ſolent: ſomno diurno, non modo retinentur, ſed etiam augentur: Iis itaque retentis, ac una cum ſpiritibus permiſtis contingit, ut calor inde extraneus collectus febrilis fiat. Atque hæc ſane febris, cum nihil ſtabile, nihil firmum habeat; ſed uti celeriter generatur, ita ſolvitur etiam, ἐφήμερον Græcis, hoc eſt diaria, vocata eſt, quod fere diem non excedat. In humoribus autem, tum hæc iam dicta febris, ratione nimirum flatuum, qui ex cruditate proveniunt, tum etiam putrida per ſomnum diurnum accenditur, quod calore, & ſpiritibus interdiu ad exteriora protenſis, virtus concoctrix debilitetur. Perfecta enim, & abſoluta concoctio fit, quando calor (4), & ſpiritus cohibentur, & in pro-

---

quamcitius ceſſantibus, ceſſat febris. Neque verum eſt fumoſæ exhalationes, tunc temporis retineri, quia ex antedictis, perſpirationem inſenſibilem notabiliter augeri liquet. Vid. prælect. Academ. Boerabavii, t. 3. pag. 310. de inſenſibili perſpirat. Mirum eſt quantum ad perſpirationem ſomnus faciat &c.

¶ (3) *Quod verum eſt; nam facile evenire poteſt a turbata digeſtione, alimenta in aliquam mutationem abire, veluti in alcalinam; & febrim putridam facere; imo aliam pejoris notæ, ob cacochimiam ſanguini communicatam.*

¶ (4) *Error hic antiquorum animo jam inſe-*

fundum corporis ſecedunt. Ob eum namque, calor naturalis incenſus, auctiorque redditur, optime cibos, non ſolum in ventriculo, verum etiam per univerſi corporis habitum conficit. Quod noctu potiſſimum fieri, rationi conſonum videtur; etenim tunc calor propter circunſtantem extrinſecus aeris frigiditatem, ad interiora refugiens, cibum facillime mutat, concoquit, & in membra diſtribuit. Interdiu vero contra, ad exteriora adductus, & expanſus perfectam elaborationem non attingit: quare humorum cruditatem progignit, ex cruditate deinde op-

---

dit: digeſtionem nempe per innatum calorem, ab externo frigore ad interiora retropulſum, perfici. Veruntamen, calorem ab internis partibus ad exteriora revocari, frigida tempeſtate, ex ſequentibus manifeſte deducitur. Corpus humanum ab intra extra continuo perſpirare, nemo eſt, qui dubitare poteſt; atque perſpirabile externo aere calidius eſſe, cum quo circum ſe atmoſpheram parat, quæ continuo ab ambienti aere deletur, & eo magis, quo idem aer frigidior, & ventilatior eſt, unde ſtatim aliam parare cogitur; quapropter notabilis humorum, & caloris quantitas ab ipſo corpore continuo demitur. Nihilominus tamen ſub hoc caloris diſpendio melius digeſtio abſolvitur, quia frigus externum notabiliter ſolidorum momentum intendit, omneſque digeſtiones perficit. Ideo Hyeme voraciores ſumus, & corpore agiliores; necnon a febribus exquiſite putridis bilioſis præſervamur.

pilatio, ex oppilatione putredo naſcitur, ex putredine tandem humorum ad cor affluentium febris putrida accenditur, quemadmodum Avicenna 1. 4. Tract. 1. c. 1. copioſe docet.

SECUNDUM, pigrities [5], quæ & ipſa, eodem ex fonte manat, ac funditur. Ex craſſa namque, & incocta materia, in ventre vaporoſi, ac craſſi exhalantur ſpiritus, qui ad caput (6) elati, plus æquo cerebrum humectant: eo autem humectato, nervi quoque, qui a cerebro propagati per corporis partes procedunt, plurima

---

¶ (5) *Propter impeditam inſenſibilem perſpirationem a ſeroſa, & lenta colluvie ſanguinem infarciente, quæ etiam ultima vaſa opplet.*

¶ (6) *Aliter ſenſit Boerhaavius, nempe materiam hanc* craſſam & inconcoctam, *numquam caput per carotides internas attingere: Verum per externas tantum, ad duram matrem, & ex hac per nervorum thecas, lento motu, ad omnes corporis partes fluere, unde torpor, & pigritia. Hæc eadem materia vaſa minima obſtruendo, eadem parit ſymthomata. Poteſt autem opponi, in ſectione cadaverum, apoplexia extinctorum, alioque ſimili morbo, in ipſo cerebro ſerum ſtagnans inventum fuiſſe. Sed iterum poteſt opponi, hoc ſerum a capitis membranis propter perſpirationem impeditam ad cerebrum depluere, ibique ſtagnare reſorptioni prorſus ineptum, ſive frigus externum, ſive otioſitas in culpa fuerit.*

humiditate opplentur; exuperantia propterea humiditatum, quæ ad muſculos, tendines, & articulos confluere ſolet, tantum abeſt, ut ſomno diurno diſſipetur, ut multo pertinacius etiam hærens augeatur. Neceſſe igitur eſt, ex ejusmodi ſubinde ſomno in omnibus motibus voluntariis pigritiam ſequi, & veluti in ſeipſo diſſolutum hominem apparere, quemadmodum diſerte Galenus aphor. lib. 3. comment. 5. oſtendit. Contra vero vigiliæ diurnæ hoc precipue nomine commendantur, quod non modo exuperantem cerebri humiditatem exiccent, adeoque ſpiritus extenuent, ac temperent, ſed certe corpori ſimul, atque animo promptitudinem quandam, & robur ad ſolitos motus addant.

TERTIUM, Dolor capitis, qui, & ipſe ab iisdem initiis proficiſcitur. Ex cibo namque incocto in ventre vapores craſſi excitati in caput [7] feruntur, qui ibidem ob dictas cauſas

---

Ex eodem Boerhaavio, habemus, globulos diverſæ denſitatis, ſanguinis nempe, ſeri, lynphæ a corde per aortam propelli, quorum denſiores, & graviores per truncum adſcendentem, reliqui per deſcendentem expelli; atque iterum ex primis illos, qui perfectiori figura donantur, per carotides internas cerebrum adire; reliquos vero, per externas ad externas capitis partes, & ad duram matrem deferri.

¶ [7] *Qui ab eadem lenta cacochimia, uti ſupra, ad capitis externas partes, & ad duram*

retenti, nimia humiditate, quam potius vigiliis exiccantibus adſumere conveniebat, cerebrum opplent, & ob eam rem caput perturbant, ejusque dolorem, gravedinem, & frigidos morbos pariunt; paululum vero inde moti, ſi ad cutem pervenerint faciem vitiato colore inficiunt. Materia enim prava exiſtente, neceſſe eſt, quicquid inde defluit eſſe pravum. Quod Galenus aphor. lib. 1. comm. 14. ita ſcribens innuere voluit. Oportet ſimilem eſſe defluxum ſubiectæ ſubſtantiæ: ut quando humida, atque aerea ſubſtantia exiſtit, tunc quod ab ea defluit, vaporoſum eſt, atque ſuave, & cætera.

QUARTUM, catarrhus (8): quo generatim

---

membranam delata, inſenſibilem perſpirationem impediente, producitur; vel per nervorum conſenſum, plexus nempe cardiaci, & nervi vagi, in ſtomaci repletione, & corruptela. Cæterum nulla eſt vaporibus via a ſtomaco ad caput, illa tantum excepta, quæ per circulationem habetur.

¶ [8] *Vulgi ſemper opinio fuit, & fortaſſe etiam aliquorum Medicorum, catarrhum tantummodo a frigore, humiditate, ſudore, vel perſpirabili ſuppreſſo adoriri: Quod ſicuti verum eſt, ita pariter negari non poteſt, omnem indigeſtionem, quæ chylum crudum, ſuis requiſitis dotibus carentem, producit, cujuscumque catharri cauſam efficere, quod ſequenti ratiocinio probatur. Quoties enim chylus hic ſanguini miſcetur, per vaſa majora a cordis momento pulſus, aliquo modo perſi-*

hoc loco, tametſi minus propie, omne ῥεῦμα, hoc eſt, quilibet excrementitii humoris, ex capite in ſubiectas partes deſcenſus ſignificantur. Qui juxta partium, ad quas defluit, diverſitatem, diverſa quoque nomina ſortitus eſt, quemadmodum Galenus lib 3. cap. 4. de Sympt. cauſis, Paulus lib. 3. cap. 28. & Aetius lib. 8. cap. 53. diſerte ſcribunt. Ubi enim ad os, ac fauces, & mox ad ſtomachum, ſive gulam, atque inde in ventriculum defluxus contingit, ſimplici vocabulo Græcis κατάῤῥου, & contracte κατάῤῥους. Latinis deſtillatio dicitur. Dum ad nares decumbit κόρυζα Græcis, Latinis gravedo vocatur. Ubi vero ad palatum, & aſperam arteriam delabitur, ut etiam membranam interiorem, quæ hanc integit, exaſperet, rauca vox efficiet, vocaturque hoc malum Græcis βράγχος, latinis raucitas, ſive raucedo, id quod ex hiſce etiam verſiculis, qui infra cap. 82. habentur, manifeſto apparet.

---

citur, etiam a machinis preſſoriis ad hoc opus dicatis. Nihilominus tamen, quædam partes adhuc indolem primæ cruditatis retinent, quæ dum per vaſa majora cum reliquo ſanguine circumaguntur nullam adferunt noxam: quamprimum vaſa minora, a reliquo ſanguine ſejunctæ, ingrediuntur, ſtaſes generant, veluti in vaſis lymphaticis pulmonum, in capite, in naribus, aliiſque partibus. Jam omnis catharrus in vaſis lymphaticis, exceptis inflammationibus, a ſanguinis vitio, vel ab errore loci productis, accidere, ſolet.

Si fluat ad pectus, dicatur Rheuma Catharrus; Si ad fauces, Branchus, ſi ad nares, eſto Coryza.

Habet autem hoc incommodum eandem omnino cum præcedentibus originem. Vapores (9) enim & fumi, qui vigiliarum tempore per cutem reſolvi, ac diſſipari ſolent, ſomno diurno retenti, dum in caput impetum faciunt, cerebrum nimia humiditate replent. Caput igitur repletum, humores in ſubjecta reſundens, ρευμα progignit.

Præter hæc, & alia nonnulla ſomni diurni mala Avicenna 3. 1. doc. 2. cap. 9. enumerat. Nam & frigidas [10], atque humidas ægritu-

---

¶ [9] *Quibus nulla patet via a viſceribus ad caput, quod quomodo gravetur a ſomno poſt prandium in cap. I. numero 4. fuit explicatum.* Sanctorius *aſſerit ſomni tempore corpus magis perſpirare, quam in vigilia. Hoc verum, quod per turbatam digeſtionem ab interrupto ſomno, fit cruditas, ut in adnot.* ſomn. merid. *cap.* 3. *& impeditur perſpiratio, unde pigritia, catharrus &c.*

¶ (10) *Nimirum obſtructiones, cachexiam, hydropem, & Cloroſis in Virginibus, quoties hæc, lenta cacochimia, deobſtruentibus, exercitio, frictionibus, vel abſtinentia, non diſcutiatur. Obſervatum inſuper eſt in praxi hepatis, lienis aliorumque viſcerum obſtructiones, in tumores, & ſcirros abire, quoties ſerum hæc viſcera oppleverit. Præterea in magnam attollit molem, ſi omnia*

dines, παραλύσεις nimirum, & defluxus ad articulos ob retentionem humiditatum, quas vigiliæ reſolvere, ac diſſipare ſolent, nonnunquam procreat. Genuinum faciei calorem, velut paulo ante etiam dictum eſt, corrumpit. In ſanguine, non excrementias, atque aqueas humiditates, lotio ſimiles multiplicant, quam cum ſuo tempore per vigilias non diſſipentur una cum ſanguine ad cutem expulsæ, & ipſam depravant, adeoque ſubtumidam, & decoloratam reddunt. Induratam ad hæc ſplenis affectionem gignit in corporibus prompte ſe habentibus ad incidendum in talem paſſionem. Craſſus namque ac melancholicus humor, ſomno diurno in ſplene retentus, huic malo initium prebet. Quemadmodum enim vigilantia, motum, ac liberum craſſi humoris tranſitum per anguſtos meatus, ſive canales Solis calore vias aperiente, promovere: ſic contra, eundem, ſomnus, &

---

minutiſſima vaſa ita clauſerit, ut omnino circulationem impediat: unde cum iisdem in unam concreſcens maſſam, has enormes mutationes gignit, curatu difficiles, neque unquam ſuppurabiles, ob lentorem, & frigiditatem. Neque reliquæ corporis partes ab hac ægritudine præſervantur, quia variis in locis lenti, & reconditi tumores poſſunt generari, etiam in ipſis articulis, ad quos talis humor adfluens, ita blandam, & dulcem ſinoviæ indolem mutat, & acerrimos dolores inducat, & Artritidem faciat.

præcipue diurnus, tranſitus prohibere ſolet. Melancholia non interdiu nullo negotio per canales ſuos tranſit, & illac cum primis, qua excitandæ appetentiæ cauſa, a ſplene ad orificium ventriculi meatus protenditur. Etenim ſplenis [11] recrementa, & redundantias ſuas per eum expellit, atque elicit, adeoque ad cibos aviditatem revocat. Quod interdiu potius, quam nocturno tempore fieri par eſt. Quin etiam, ut idem autor tradit, ciborum appetentia (12) diur-

¶ (11) *Nullus patet ductus ab hoc viſcere ad ventriculi orificium. Conſtat autem ex anathome, humorem ſplenicum hepar adire pro bilis dilutione, ne forte ſpiſſior evadat, & obſtructiones faciat in ipſo hepate, vel alibi. Bilis vero per ductum colidicum duodenum ingrediens, aliquando in ſtatu ſano, fertur ad ventriculum, Pilori, reſiſtente valvula ſuperata, ad famem excitandam, & digeſtionem promovendam. In Tertianis exquiſitis, & febribus bilioſis acerrime excruciantur ægri moleſtia cardialgia, propter bilem acrem, & corruptam ad ſtomacum delatam, a qua, nonniſi pleniſſimo vomitu, levantur.*

¶ ()12 *Dummodo diſcutimur, anteqnam integre abſolveretur digeſtio, unde cruditas aderitur, quæ cum aliquam ſpontaneam alimentorum mutationem præſeferat, nauſeam, & inappetentiam facit; ſimiliter quia hæc alimenta, plus juſto in ſtomaco retinentur, ut novis auxiliis advenientibus digerantur, timendum, ne in corruptionem vergant.*

no ſomno plurimum debilitatur, idque partim ob prohibitionem reſolutionis, quæ eſt prima cauſa famis, partim vero ob repletionem ventriculi ex fumis, a vaporibus, & humiditatibus orificium ejus relaxantibus, ac ſaturantibus. His accedit nonnunquam abſceſſuum generatio, ſuperfluitates namque ex ſomno diurno multiplicatæ, ſæpius in membro aliquo coacervantur, ipſumqne tumìdum reddunt. Plane igitur ex his omnibus conſtat ſomnum diuturnum, ſive meridianum, & a ſanitatis tutela procul abeſſe debere. Duas porro cauſas, cur potiſſimum lædat, Paulus l. 1. cap. 97. & Avicenna 3. 1. doc. 2. cap. 9. aſſignant. Quarum prima quidem eſt, quod cito, & ante horam ſuam interrumpatur (13). Calor enim nativus per ſom-

¶ (13) *Idem evenit ab interruptione ſomni nocturni: attamen etiamſi ante tempus interrumperetur, ad modicam cœnam abſolvendam ſatis fortaſſe ſufficeret. Verum ergo non eſt ſomnum meridianum, tantas inferre calamitates, quæ nonniſi ejus intempeſtivæ interruptioni debentur. Quomodo enim cum hac auctoritate dictio illa in teſtu, verſic. primo cap. 3.* ſit brevis [*ſomnus*] *poteſt conciliari? Credendum potius eſt, quod Viri illi ſapientiſſimi, non abſolute de ſomno brevi intelligere voluiſſent, verum de illa quiete, quam quiſque poſt prandium ſibi conciliare cupit per horæ dimidium, præter propter, uti nonnullorum mos eſt dicere:* ſomnum decipere.

mum ad partes interiores recedit, contra vero calor ſolis eundem ad membra exteriora, tam-

---

Cæterum affirmare ſane poſſumus, actiones naturales, & vitales ſub ſomno intendi potius, quam enervari. Ita Boerhaavius Tom. 4. pag. 262. paragr. 590. n. 5. „ Interim tamen motus arteriarum, venarumque, & cordis fit fortior, lentior, æquabilior, plenior, idque per gradus diverſos augendo, pro ut augetur ſomnus „. Similiter Hallerius in adnotatione n. 80. ſic ait: „ Præceptor hic Sanctorium ſequitur, „ cujus aphoriſmus eſt: Somno animales, vigilia, „ vitales, & naturales langueſcunt; vigilia animales roborantur, vitales, & naturales læduntur „. Sicut ipſe eodem numero ſentiat: „ Verum omnino verum eſt, ciborum appetitum ſomno minui, & ſecretiones omnes videri decreſcere &c. „ Attamen ſane ratiocinio poteſt pariter reſponderi per ſomnum minui appetitum, quia eo tempore viribus vitalibus, & naturalibus vigentibus, omnes humores, adhuc indigeſti aſſimilantur, & in ſuccum, & ſanguinem convertuntur, partium ſolidarum nutritioni magis idonei, quæ melius nutritæ, ulteriori alimento non indigent. Quamprimum per motus muſculares conſumuntur, & corpus exinanitur, invadit iterum appetitus. Confirmatur pariter hæc aſſertio, quia ſub ſomno melius nutrimur, & robuſtiores evadimur, quod utique ſolis alimentis, licet largioribus, non conſequimur, imo potius, ſomno deficiente, in lan-

quam ad ſimile, educit, atque expandit: unde ſanguis ad ſpirituum exagitationem, quæ ſomnum interrumpat, fieri neceſſe eſt. Conſulitur ergo, quando neceſſitas, per id tempus dormire coegit, ut in umbra, & tenebroſo loco, & ante potius quam poſt cibum hoc fiat. Secunda vero, quod naturam ſtupidam, quaſi quod perterritam reddat, adeo ut retrahatur ab eo, in quo erat, nimirum a ciborum concoctione. Tempus itaque, quo obdormiſcunt, ad abſolutam ciborum

---

guores, & torpores incidimus, & emaciamur. Cum enim ſenſibiles eſcretiones decreſcant, oportet, ut inſenſibiles intendantur, alioquin humores eſcrementitii intra vaſa detenti, corpus gravius efficerent, & fortaſſe pejora ſymthomata producerent, quod eſt contra experimentum: quia poſt placidum, & conſuetum ſomnum, hilares ſurgimus, laboribus ſuſcipiendis aptiores. Ex adverſo fæcum, & urinæ excretio, ſive nobis dormientibus, ſive in lectulo placide quieſcentibus ſilet, nam urina in ſua ciſti, & fæces in inteſtinis, abſque ſtimulo continentur; & ſuo tempore vix e lectulo egreſſi, excernuntur, quando nempe voluntarii muſculi agere incipiunt, & a graviori a æris atmoſphæra gravamur. Si vero propter animi adfectus, aliaſque cauſas, irrequieti ſomnum interrumpimus, tunc ante tempus, præter conſuetudinem mincere cogimur, & urinam eo tempore exeretam ſubtilem, & percolatam deprehendimus, & fortaſſe majori quantitate.

concoctionem non ſufficit, quo fit, ut a meri-die reſurgentes, ſubinde acidos ructus edant, & flatibus repleantur: nonnulli vero fluctuatio-ne ventris infeſteatur: Cæterum optimus ſom-nus eſt nocturnus, quoniam nox naturali hu-miditate, ſilentioque animum in ſomnum de-ducens abſolutam molitur concoctionem. Poſt ſomnum item nocturnum plurima parte ad ex-cretionem recrementorum iſtigamur. Illud ta-men ignorandum non eſt, quod licet ſomnus diurnus in univerſum reprobetur, nocturnus ve-ro, ut præſtantiſſimus commendetur, ex diurno enim minus offendat, ſi dormiatur, prima lu-ce ad tertiam diei partem. Id quod Hippocra-tes lib. 2. prognoſt. aphoriſ. 11. clariſsime oſten-dit. De ſomno, inquit, quemadmodum ſecun-dum naturam nobis in conſuetudine eſt, in-terdiu vigilare, noctu dormire convenit: ſi ta-men hoc tranſgreſſum fuerit, deterius eſt. Mi-nime vero nocebit, ſi dormiatur prima luce ad tertiam diei partem. Quam ſententiam Galenus explicans, ita ſcriptum reliquit: Quod conſue-tum eſt, bonum eſt. Inconſuetum vero malum eſt. At vero temporibus Hippocratiſ non aliud fuit ex natura, aliud in conſuetudine. Nunc vero divites e contrario agunt, tum in quibus-dam aliis, tum etiam in ſomno; interdiu dor-mientes, noctu vigilantes.

In his igitur, ut ſomnus minus lædere poſ-ſit, quinque conditiones, Bertrutio authore ob-ſervandæ ſunt.

Prima,) ut ſit in conſuetudine. Ex multo

non

enim tempore conſueta, etiamſi deteriora fuerint, inconſuetis minus moleſtare ſolent]. Aphoriſmo 50. lib. 2. *Secunda*) ne ſtatim a ſumpto cibo ineatur *Tertia* (14).) ne depreſſo, ſed erecto nonnihil, & bene alto capite fiat. *Quarta*) ne modum excedat. *Quinta*) ne tumultuoſa, & ne ſubita ab ipſo; ſed lenis, & modeſta fiat expergefactio. Porro, quod ab Hippocrate dictum eſt a prima luce ad tertiam diei partem convenire ſomnum, id ſpatium eſt ab ortu Solis, quatuor, aut quinque horarum. Nam dies ſignificat ſpatium temporis, quo Sol tranſit noſtrum hemiſphærium, ut etiam diſtinguitur contra noctem. Quemadmodum Chriſtophorus a Vega fuſius in comment. declarat.

ADDITIO.

Tempus itaque ſomni convenientiſſimum, eſt veſpertinum, aut nocturnum: ſemperque cavendum, ne ſtatim a cœna ineatur; ſed unius, minimum, aut duarum horarum intervallo diſcludatur. Ingeſtus enim cibus, quem ſtatim ſom-

¶ [14] *Qui nimia pinguedine abundant, vel collum brevius ſortiti ſunt, nonniſi depreſſo capite dormire poſſunt. In altiori pulvinari decumbentes collum aliquantulum flectere coguntur, quod ob brevitatem, non fit abſque ſuffucationis metu, vel magno ſaltem incomodo, quia aſpera arteria, flexa, anguſtatur, & aeri tranſitum impedit.*

nus excipit, in ſuprema ventriculi parte ſupernatans, probe concoqui non poteſt: Galeno lib. 5. cap. 5. de locis affectis teſte. Neque; enim ventriculus, tum poteſt cibum arcte complecti, quod idem lib. 3. cap. 4. de facult. naturalib. ad bonam concoctionem cum primis neceſſarium eſſe ſcribit: „ quare multos vapores, qui multitudine ſua caput replent, gigni neceſſe eſt, ut rectiſſime idem Galenus comment. 67. apho. lib. 4. dixerit „: A cibo ad ſomnum converſis, hoc eſt, qui ſumpto cibo ſtatim dormiunt implent caput. Ut igitur huiuſmodi periculum excludatur, lenta deambulatione, aut aliqua ſimili; leviſſima tamen exercitatione, corpus dimoveri opus eſt priuſquam ſomno indulgeatur, ut cibus in imum ventriculi paulatim deſcendat. Ibi enim ut ſupra ex Galeno dictum eſt, concoctionis opus potiſſimum perficitur. Quo tempore etiam convenit audire inſtrumenta muſica, cantum, facetias, & hiſtorias iucundas, ac conferre ſermones cum amiculis de rebus lætioribus, donec cibus ſubſediſſe videatur. Cervicali utendum eſt ſatis elato, & eminenti, ut quoad eius fieri poteſt erecto, & bene alto capite dormiatur, ne cibus ad os ventriculi regurgitans, concoctionem impediat. Hoc etiam modo cibus, qui ad plenum nondum ſubſedit, facilius ad inferiores ventriculi partes deſcendet, probiuſque concoquetur. Inter dormiendum [15]

¶ (15) *Non ſine congruenti ratione: nam ſicut*

corpus pro ambientis aeris conſtitutione decenter tegendum eſt, ne calore, & ſpiritibus circa interiora detentis, externæ corporis partes a frigore oblædantur. Caput quoque noctu convenienti tegumento, quod χωνοδοχιν habeat, hoc eſt foramen inſtar infundibuli, eliciendis vaporibus aptum, operiendum eſt. Calceatis [16] ve-

---

ti dormientibus perſpiratio uberior eſt, licet a viribus vitalibus tantum, abſque muſculorum voluntariorum molimine, facile a frigore ambiente ſupprimitur, quod quidem in vigilia non evenit, quia eo tempore perſpiratio a motibus voluntariis facilitatur, & ejus defectus, propter frigus externum, a vigilantibus animadvertitur, & aliquo modo emendatur.

¶ [16] *Imo expedit totum corpus liberum eſſe, omnique vinculo ſolutum, ut humorum circulatio abſque impedimento procedat. Cum enim venæ ſanguinem reducem, non propria vi, ſed muſculorum auxilio ad cor convehant, vix a veſtimentis compreſſæ turgent cum circulationis impedimento, unde in earum extremis colligitur ſanguis, atque etiam arteriis ſociis impedimentum opponitur. Læditur quoque perſpiratio, quatenus humor, qui ab arteriis in venas non tranſit, majori quantitate ad arteriolas evaneſcentes confluens, ita implet, & diſtrahit, ut earum vim deleat omnino. Humor enim, qui excernendus erat, intra vaſa detentus, vel ad alias corporis partes adpulſus, quot mala inferre valeat unusquisque excogitare*

ſo, ſive veſtitis pedibus, dormiendum non eſt. Hoc enim, ſi quid Magnino excellentiſſimo medico credimus, viſum debilitat, memoriam lædit, & totum corpus extraneo calore æſtuare facit ob vaporum reflexum. Supra dextrum [17] latus ſomnus inchoandus. Hoc enim modo cibus promptius ad ventriculum deſcendet. Nam etſi gula exactè ſupra mediam cervicis vertebram, & quatuor primarum thoracis ſedium, in neutram partem inclinet, ad principium tamen quintæ thoracis vertebræ, ut ampliori magnæ arteriæ

---

poterit. Ideo factum eſt quemcumque dormientem, præſertim non aſſuetum, veſtimentis ſuis involutum, poſt ſomnum frigeſcere, & torpere. Neque ſani conſilii eſt, caput nimis tegumentis gravare, quo caſu humores illuc maxima copia adfluunt, & ſomnum avertunt. Pedes tantummodo neceſſe eſt majori calore fovere, ut humor a capite divertatur.

¶ (17) *Quod ſuperfluum eſt, uti in adnotatione cap. prim. n. 5., dictum fuit. Neque enim in dormientis poteſtate eſt, in uno potius, quam in altero latere decumbere, quia inter dormiendum, ſæpe abſque voluntatis nutut, unuſquiſque plus, minusque movetur. Adſunt nonnulli, qui proni, nullo modo dormire poſſunt, vel in latere ſiniſtro, quia vix arteria aorta compreſſa, cordis palpitationem parit; Alii vero ſupini, quia incubo corripiuntur. Tandem, num alias allatas ægritudines cauſare poſſit incertum; neque adequatæ rationes vigent.*

trunco ſecundum dorſi vertebras inferiora peten-ti cedat, nonnihil in dextrum latus a media vertebrarum regione abſcedit. Deinde primo ſomno finito revolvendum eſt corpus, ſupraque ſiniſtram redormiendum, quo ſcilicet a jecore ventriculo incumbente; concoctio eius adjuvetur. Hinc rurſus poſt breve temporis intervallum in dextro latere ad conſuetum ſurgendi tempus continuandus eſt. Pronus decubitus temperatis corporibus non convenit, ventriculi enim contorſionem, & repreſſionem facit, adeoque, oculos oblædit: ita enim cubantibus, ſuperſluitates in oculos declinant, maxime ſi fuerint natura debiliores. Iis tamen, quibus ingeſtus cibus tardius in ventriculo conficitur, interdum concedendus eſt, quia calorem naturalem arctius comprehendens, retinere, atque augere poſſit. Supinus vero graviſſimis ægritudinibus, lepræ nimirum, maniæ, incubo, epilepſiæ, apoplexiæ, ſtupori, neruorumque reſolutioni, & ſimilibus initia præbet, Nam ob ſuperſluitatum ad poſteriora ſluorem, non poteſt iuſta per nares, & paulatim, earundem fieri expulſio. Plinius libro 28. cap. 4. pronus decubitus tuſſibus conducere, at ſupinos oculis tradit. Idem ex Theophraſto refert „ celerius concoqui dextri lateris incubitu, difficilius a ſupinis„. Duratio [18] autem ſomni ex

---

¶ [18] *Quapropter quo duriora ſunt alimenta, eo longius dormiendi tempus eſſe debet, ut integre digerantur; atque eadem duriora alimenta*

alimentorum perfecta concoctione æſtimanda eſt, ita quidem, ſeptem horarum ſpatio non ſit minor, neque octo, vel ad ſummum novem non excedat, ut colligitur ex Galeni de ſanitate tuenda

---

ſomnum inducunt. Verum ut aliæ rationes prætermittantur, ſufficiat Boerhaavii auctoritas qui de ſomno agens Prælect. acad. tom. 4. pag. 272. ſic ait: Si ventriculum jure carnium impleveris, non dormies: Si carne bubula, quæ diu in ventriculo manet, omnino ſomnolentus ſies. *Atque alibi in eodem tractatu pag. 298. (Perſpiratio)* Actiones corporis humani, quæ liquores noſtros attenuant, in ſomnum æquabiliter per totum corpus crudis humoribus applicantur. Neque enim, ut cum vulgo prius perſuaſus fueram, poſt abſumptum cibum, corpus exercendum eſt, ſi corporis ſalubritati volueris proſpicere. Ipſa repugnat natura, quæ animalia omnia a paſtu dormire docuit &c. *Haller adnotat. n. 8.* „ *Communi ſenſu Hippocratis, & Galeni, & Medicorum clariſſimorum, ante cibum corpus exercendum eſſe, ergo Salernitana illa regula, qua Eraſiſtrati ſententia renovatur, ita limitanda eſt: ut unice ſignificet a paſtu non eſſe ſtudiis incumbendum &c.* „ *(n. 8.)* * Somnus a cibo quatuor horis circiter eſt utilior. *Sanctorius de ſomno, & quiet. num.* 28. Meridianus ſomnus Pueris, & convaleſcentibus utilis, *de Gorter exerc. C. pr.* 47 Quieſcere & dormire a cibo bonum. *Idem aphor.* 334.

lib. 6. cap. 6. Plura habentur apud Avicennam 3. 1. doc 2. cap. 9. Magninum parte 3. cap. 7. & noſtræ ætatis doctiſſimum Medicæ artis ſcriptorem Leonhardum Fuchſium capite vigeſimoſexto methodi perveniendi ad Medicinam. Ex ijs itaque, quæ conveniunt, in hunc locum ſtudioſi trasferent.

CAP. IV.

De flatu in alvo detento.

Quatuor ex vento veniunt in ventre retento.
Spaſmus, hydrops, colica, & vertigo, hoc res probat ipſa.

Hic agitur de quatuor nocumentis, quæ ex flatuum retentione proveniunt.

PRIMUM, eſt σπασμος, Græcis. Latinis convulſio dicta. Flatus (1) enim retenti influxu ſuo

¶ (1) *Num nervi organici ſint, & cavitate conſtent; num ſimplices corde a cerebro ad omnes corporis partes extenſæ, nonnulli dubitant adhuc. Ratio enim, & experientia prime favet ſententiæ. Alia inſuper inſurgit difficultas maioris fortaſſe momenti: an tales nervi contineant humorem,*

ſæpe nervos plus iuſto referciunt, illis ita repletis, Galeno lib. 2. cap. de ſympto. cauſis, teſte, tendi primum, ac deinde in convulſionem incipere contingit. Ea porro ibidem a Galeno

---

& cujus nam naturæ ipſe ſit; num verus humor, qualis ille, qui in cerebri ſubſtantia paratur; num ignis electricus? Placuit nonnullis, hujuſmodi ignem admittere, ob celerrimos, & momentaneos effectus, quos nervorum miniſterio fieri obſervamus. Vix enim manum, pedem, aut totum corpus movere volumus, quam illico, abſque intermedio tempore movemus. Vix extremo digito corpus aliquod exploro, quam idea ad ſenſorium tranſit. Ergo commercium hoc inter animam, & corpus nequit haberi, ut dicam, in iſtanti, niſi per ignem electricum, cujus celeritas nullo modo dimetiri poteſt, neque imitari, aut qua ratione fiat, comprehendi. Obſtant enim pro hac ſententia quædam difficultates. Quomodo ſcilicet hujuſmodi ignis exiſtere poſſit in corpore, quin ab ejus humoribus continuo extinguatur, aut diſſipetur, cum jam conſtet, aquam, ſive quodvis fluidum aquæ analogum, eſſe vehiculum ignis electrici? Hic enim tunc retineri poteſt, quando ab atmoſphera ſicca, quovis humido carente, circumdamur; quod difficile verificatur. Similiter ſicuti in humano corpore non datur minimum vas, vel quæcumque fibrilla, quæ humorem ſuum non contineat, variis uſibus dicatum, ita impoſſibile eſt, nervos omnes, licet abſque manifeſta cavita-

in hunc modum definitur. Convulſio malum eſt, qua nervos, muſculoſque ad eundem cogit aſ-

---

re, impervios eſſe, & humore carere. Tandem ſi nervi omni liquido eſſent deſtituti; & ope ignis electrici ſuas functiones exercerent, fortiter ligati neque ſtuporem, neque paralyſin partibus, quas informant, inferrent, quia quodcumque vinculum ignis electrici tranſitum non impediret. Præterea ſanguis ſatis magna copia per quatuor arterias, charotides duas, totidemque vertebrales, fertur ad caput, ut inde cerebri, cerebellique humor præparetur. Hujus ſanguinis minima quidem pars, quæ nullo modo in cerebri ſuccum aſſimilari poteſt per venas redit in circuitum: reliqua vero, ſive maxima, nullum habet emunctorium, per quod excerni poſſit, ſi medullam oblongatam, alioſque nervos exceperis. Supereſt ergo, ut tota cerebri, & cerebelli ſubſtantia, quæ a tanta ſanguinis copia generatur, continuo per nervos, variis uſibus dicatos, impendatur, alioquin cerebrum ita in infinitum creſceret, ut oſſibus cranii nullomodo contineri poſſit. Ita Boerhaavius &c.

Opponunt adverſarii neminem Anothomicorum a nervis diſſectis aliquem humorem, in accuratis obſervationibus, fluere vidiſſe: licet Boerhaavius contrarium adfirmet. Nimirum a nervo diſſecto rorem adparere, qui, deterſus, denuo prodibat ex ea tantum parte, quæ principium reſpiciebat. Hanc auctoritatem deriſere nonnulli diligentes, & accurati obſervatores, ſatis gnari de

fectum, in quem ab animali facultate, quum naturalem habitum ſervarent, ducebantur. Vel aliter, velut idem apho. lib. 6. comment. 39. definit. Convulſio [2] eſt paſſio involuntaria, in

---

impoſſibilitate hujus aſſerti, de quo revera dubitare potuiſſent, non vero ex integro negare, quod utique non feciſſent, ſi ad materiæ ſubtilitatem advertiſſent animum. Quid enim in rerum natura repugnat ſpiritum nervorum, ſive ſubtiliſſimum humorem, materiam ſimpliciſſimam æmulari, licet ab illa quovis modo diverſam? Accuratiſſimæ obſervationes microſcopicæ ſanguinis globulos in ſex ſeroſos dividi; ſeroſos autem in ſex lymphaticos, ſatis clare demonſtraverunt. Quid ergo obſtat lymphaticos iterum in alios longe minores dividi poſſe, ut omnem oculorum aciem effugiant, & nervorum ſuccum parare? Nonne ignoramus partes, quæ ſanguinem, & humores conſtituunt, & vaſa a quibus continentur? Quid mirum ſi nervorum lympha nos omnino lateat? Ubi deficit oculus, ſupplet ratio. Inſuper lymphæ nerveæ tenuitas, & maxima tarditas, quia nulla potentia pellitur, ejus naturam prorſus ignorare facit, atque quamcumque accuratam obſervationem deludit: Nam vix mortuo animale, ita nervis ipſis accreſcit, ut nullo modo fluere poſſit. Si ergo, his non obſtantibus, de fluido nerveo adhuc dubium ſupereſt, quanto magis de igne electrico eſt dubitandum?

¶ [2] *Quædam nempe commotio, quæ nervis,*

qua nervi, atque muſculi præter voluntatem convelluntur, in eumque affectum veniunt, quem etiam in motibus ſecundum arbitrium factis, aſſumebant. In hoc enim malo nervi, atque, muſculi in eas partes attrahuntur, quibus innaſcuntur. Attractio namque, fieri non poteſt, niſi muſculus ad ſuam originem retrahatur.

Quod ad cauſas (3) eius concluſionis, quæ primigenia affectio eſt, attinet, animadvertendum eſt, Hyppocrate aph. 39. lib., duas dumtaxat ſtatuiſſe, hoc eſt plenitudinem, & inanitionem nervoſarum cordarum. In convulſione ſiquidem a plenitudine membrum craſſis, & ſælurinoſis humoribus impletum extendetur, & extenſione con-

---

& muſculis voluntariis ſupervenit, qui in ſtatu naturali, numquam ex ſe moventur niſi voluntas, illos, uno, vel alio modo, moveri imperaverit. Diſpoſitio horum muſculorum talis eſſe debet: nimirum, ut ſanguis per arterias ad internam, & externam eorum ſubſtantiam feratur, atque eadem proportione per venas redeat; ſimiliter ut per nervos, æquabili motu ſpiritus adfluat, non rediturus; [nam majori ex parte cum perſpirabili ſanctoriano evolat] niſi per venas reſorptionis ope: Quamprimum hæc proportio turbatur, invadet convulſio, & homo ſupra partes convulſas imperium amittit.

¶ [3] *Ad duas reducuntur, ad repletionem ſcilicet, & inanitionem. Quoties enim per arterias*

vellitur, quemadmodum lora, & chordæ extenduntur, ubi multa madent humiditate, & hæc ſubito contingit. In ea vero, quæ ab inanitione proficiſci tur membrum exiccatur, & ad ſeipſum convellitur, adeoque ſecundum longitudinem, ac latitudinem contractum diminuitur, quemadmodum membranis accidit, cum igni apponuntur,

---

ad muſculos plus ſanguinis adfluit, quam per venas refluit, adoritur convulſio. Turbatur nempe proportio inter vaſorum reſiſtentiam, & ſanguinis niſum, unde vaſa, & nervi nimis diſtracti convelluntur, quod quidem in ſtatu plethorico accidere ſolet. Ex eadem pariter plethora, major ſanguinis copia ad caput fertur, atque major pariter erit ſpirituum productio, qui per nervos ad partes majori quantitate confluentes, ita vim muſculorum augent, ut inde convulſio ſequatur, nullo modo a voluntatis imperio ſedanda. Vice verſa, quoties vaſis, ob ſanguinis defectum debita defecerit diſtractio abbreviantur vaſa, unde, licet ab alia cauſa, turbatur proportio inter reſiſtentiam, & niſum, & adoritur convulſio. Hæc enim nimis lætalis eſſe ſolet, quia a ſanguinis hæmorhagia, a colera, aliaque ſimili enormi evacuatione ſolet oriri, eo quod difficile ſatis eſt corpus iterum impleri illis humoribus, & illa nutritione, quos, per morbi cauſam, perdidit, quod cum nequeat quamcitiſſime fieri, timendum ne prius æger pereat, quam viribus reparetur. Secus vero in plethora, quæ per profuſam ſanguinis miſſionem, tollitur, ex-

& hæc ſanè paulatim, & ex longiori temporis intervallo accidere ſolet. Plura Galenus locis iam citatis, & l. 2. cap. 2. & l. 3. cap. 5. & lib. 6. cap. 5. de locis affectis, & lib. 8. cap. 3. de compoſ. medic. local. & alibi ſæpius.

SECUNDUM, υδρωπς [4], quod malum Latini aquam inter cutem nominant, & definitur a Bertrutio Sec. 3. tract. 2. cap. 4. in hunc modum. Hydrops eſt morbus materialis, ex re frigida, extranea plurima, ingrediente, & membra omnia, manifeſte, aut loca vacua partium in quibus cibi, & humorum concoctio perficitur, inflante, procreatus. Eadem fere habet Avi-

---

templo, dummodo cerebrum ab extravaſato ſanguine illæſum fuerit. Adſunt inſuper aliæ convulſionum cauſæ, quæ immediate nervos reſpiciunt: atque hæ, vel nervorum principium, vel eorum extremitates. Primæ reducuntur ad omnes preſſiones, quæ per vaſorum rupturas in capitis membranis, vel in ipſa cerebri ſubſtantia, fiunt ab extravaſato ſanguine, ſero acre ſtagnante, ictu, contuſione, ſanguine ſcorbutico, tenella encephali vaſa erodente, vel ſaltem irritante: Aliæ enim ab eadem acrimonia, vel quavis alia, quæ cum ad vaſorum extremitates pervenerit, ita eorum ſenſibilitatem, per irritationem, auget, ut tandem convulſionem inducat.

¶ (4) *Nonniſi poſt varias alias ægritudines, quas continuos flatus comitantur, nimirum indigeſtiones, obſtructiones, diarrhæas, vomitum, &c.*

cenna. 13. 3. Tract. 3. c. 4. vel aliter ſicuti ab Alexandro Tralliano lib. 9. c. 1. definitur. Aqua inter cutem, & ipſa longius quidam affectus eſt, jecore adeo refrigerato proveniens, ut ipſum non amplius deinceps cibos in ſanguinem,

---

nauſeam. Ad perfectam valetudinem multa quidem concurrunt, præſertim optima ciborum digeſtio; digeſti aſſimilatio; aſſimilati diſtributio, miſcela; tandem inutilium expulſio. Neque ſola alimenta ſunt digerenda, ſed etiam aer quem cum alimentis deglutimus, licet eum ſeorſim animadvertere non valeamus. Tunc enim aerem digeri dicimus, quando digeſtionis tempore, neque ructus, neque hypocondria inflari ſentimus, quo caſu alimentis ita miſcetur, ut omni elaſticitate orbatus, cum ſanguine, aliiſque humoribus in girum agatur, quin ab illis ſecedat. Stomace debiliores paule poſt prandium hypocondriorum inflatione, & ructibus vexantur, quatenus tunc temporis, licet alimenta digerantur, aer vero indigeſtus ab illis diſſociatur, & priſtinam elaſticitatem acquirit, atque calore viſcerum enormiter rarefactus, niſi per ructus diſcutiatur, graviora ſympthomata infert. Et revera, enervatis omnibus viſceribus, gradatim per membranam celluloſam abdominis ſibi viam expedit, quam in magnam molem elevat, & Timpanitidem facit: quæ leviter exterius percuſſa Timpani ſonum edit. Diſtinguitur ab Aſcite ob minorem gravitatem, quam ægri ad ſtateram ſuſpenſi, exhibent relate ad ſatis magnam

ſed in aliam qualitatem, aut in aquam, aut pituitam, aut flatum traſmutare (5) poſſit. Quod certe & Galenus aphoriſm. lib. 6. comment. 12. ijs verbis confirmat. Aqua inter cutem fit, cum ſanguinis generatio fruſtratur.

Et huius quidem cum tres ſint ſpecies: una enim Grecis ασκιτης, alia τυμπανιτης, & tertia υποσαρκα, σαρκιτης, & λευκοφλεγματια dicitur, non de omnibus promiſcue, hoc ſecundum nocumentum, ſed de tympanite tantum intelligendum eſt, quæ quidem accidit quum flatus,

---

molem, quam ſpectandam præbent. Jure igitur merito legitur infra in Teſtu: Non de omnibus promiſcue hoc ſecundum monumentum, ſeu de Timpanite tantum intelligendum eſt.

¶ [5] *Ex Phiſiologicis habemus, Bilem omnia alimenta in unam fere naturam commutare quamprimum eis commiſcetur, atque inde in ſuccum, & ſanguinem nutritioni accomodatum. Aqua enim, & oleum, quæ licet ſint res nimis inter ſe oppoſitæ, ſimul tamen poſt Bilis miſtionem conveniunt, alioqnin per vaſa ſeorſim fluerent. Obſtructo enim Hepate, perit Bilis virtus, vel ſaltem debilior fit, unde alimenta in putridum liquamen, & ſerum inutile converſa, Hydropem gignunt. Omnes enim liquores, & ſanguis ipſe, qui a tali degeneratione procedunt, ſuis dotibns deſtituuntur, ideo neque nutrire valent, neque circumvehi: ſupereſt ut in vaſa lymphatica, & celluloſam telam adfluant.*

ac ſpiritus ſupervacuus plurimus cum humidi momento intra membranam, quæ περιτογχιος Græce, Arabibus vero communi membranarum nomine Ziphac appellatur, & abdomen, quod iidem Mirach nominant, colligitur. Stomacho namque, & jecore, frigida intemperie laborantibus fieri non poteſt, ut cibus ingeſtus in τεωλον benignum, aut ſanguinem mutetur, convertitur ergo in materiam flatulentam, quæ cum neque per ſuperiora ructu, neque per inferiora crepitu, nec aliunde, obſtante viarum obſtructione, vel ſequeſtratrice, & expultrice ſuperfluitatum vi, debili exiſtente, aut inepto aliquo pudore prohibente expellatur, in prædictis ventris locis colligitur, & aquam intercutem contrahit in qua abdomen percuſſum, tympani modo crepitum edit, qua ratione etiam Tympanites nuncupatur.

TERTIUM, Colica (6) paſſio, quæ gravis quidem, ac vehementiſſimi doloris morbus eſt. Perinde enim, ac ſi terebro partes perforentur, aut palus infixus ſit, moleſtare ſolet. Gal. lib. 2.

¶ [6] *Idem aer, ut ſupra, ab alimentis ſuperſtes, ut plurimum in inteſtinum Colon confluit, ubi calore viſcerum, majorem acquirit elaſticitatem, chylo, aliisque humeribus, a vaſis lacteis, jam reſorptis: unde illud fortiter inflando, acerrimum dolorem parit, ob diſtractionem, quam omnes nervi, & fibræ patiuntur, qui ructibus, & flatibus erumpentibus evaneſcit.*

c. 1. de

c. 1. de locis affec. teſte. Contingit autem in pleniore, & laxiore inteſtino, quod κωλον Græce vocatur, cuius etiam merito vehementes cruciatus inducit. Denſum enim, craſſum, & nervoſum eſt, ac nihil, quod in illud confluit, facile diſcuti poteſt. Et quemadmodum in hoc ωλικηοδυνη, ita in gracili, ac ſuperiore inteſtino, quod Galeno, Iulio Polluci, & alijs Græcis, λεπτον vocatur, ſimilis morbus exiſtit, graviſſimos, & letales dolores inferens. Hippocrates in Aphoriſmis, & paſſim alijs in locis ειλεον appellat, quemadmodum & Galenus ubique, & potiſſimum lib. 6. c. 2. de locis affec. a circumactione nimirum doloris. Quippe ειλεισται, circumagi, & convolvi ſignificat. Ideo convolvulus etiam Latinis, hoc malum nominatur. Rationi porro conſentaneum eſt, flatuoſum, & frigidum [7] ſpiritum in dictis inteſtinis retentum, & egredi nequeuntem, hæc mala plurimum progignere, id quod Galenus etiam loco paulo ante citato monſtrat.

¶ (7) *Aer nullomodo rareſcit dum frigidus eſt. Neque inteſtina frigida ſunt, tum ob motum periſtalticum, qui continuuo calorem excitat, tum ob contentas fæces. Quapropter ad hujusmodi dolores ſedandos, balneis frigidis parti adfectæ admotis, potu aquæ gelidæ, cum magno ægrotantium levamine, utimur, quorum ope inteſtina roborantur, & quam facile contentum aerem explodunt, qui etiamſi non excutiatur, comprimitur ſaltem, & tota perit elaſticitas.*

QUARTUM, Vertigo. [8] Flatuoſus enim ſpiritus incluſus, ad cerebrum fertur, & in eius partibus inordinate movetur, quo fit, ut obtenebrationes, hebetudineſque oculis obſervantur, & omnia circumagi, & rotari videantur. Hic Avicenna 10. tract. 4. c. 29. Epilepſiam quoque adiungit, cuius eadem omnino cum præcedente ratio eſt. Porro quam modo hæc retentio in ſingulis iam dictis locis malum ingeneret, pulcherrimè ex Galeni lib. 3. de Sympto. cauſis cap. 6. demonſtrari poteſt. Crepitus, enim qui ad ſedem defertur, ac vel in foro, vel alio quopiam loco exiſtentibus, aut negotio aliquo, quod deſerere non liceat, violenter retinetur, rurſus ſurſum reducitur, ventremque; mordet, ac caput, vaporando, implet; principio quidem ab animali organo ſphinctere, i. muſculo ad

---

¶ [8] *Ob nervorum conſenſum, & præſertim nervi vagi, qui vario modo laceſſitus in ſuis extremitatibus, etiam capiti motum inordinatum communicat. Similiter propter eundem conſenſum etiam ſtomacus convellitur, & ad vomendum cietur, licet inanis. Imo aliquando convulſio univerſalis, cum magno ægrotantium terrore, invadit: atque in gracilioribus non repugnat etiam epilepſiam excitare, præſertim in mulieribus hyſterica paſſione laborantibus, quæ quocunque viſcerum dolore adſectæ, in furorem hyſtericum, & ex hoc non raro in epilepſiam tranſeunt, licet minus funeſtam.*

imum inteſtinum accepto: hinc vero unoquoque; inteſtino retro illum ad ſupra ſe poſitum trudente, ſimili modo, ac prius in præceps trudebat, atque ita quidem, hæc retentio, præſertim frequentior, longo temporis tractu prædicta mala excitat. Proinde rectiſſime ab Hippocrate lib. 2. prognoſt. aph. 24. in hunc modum ſcribitur. Flatum ſane ſine ſonitu, aut crepitu exire optimum eſt. Melius autem eſt cum ſonitu exire, quam reſolvi. Hac etiam ratione inductus Claudius Cæſar, dicitur meditatus edictum, quo veniam daret efflatum, crepitumque ventris in convivio emittendi, cum periclitatum quemdam præ pudore, ex continentia reperiſſet. Autor Svetonius in ejus vita c. 32. Veteres enim ut Plinius lib. 28. c. 2. confirmat, per menſas mundiciarum cauſa, deflare vetabant. Extat etiam lepidiſſimum Nicharchi in crepitum epigramma, quo peſtiferam retenti flatus vim deſcribit, quod eleganter admodum a Ioanne Laſcare Latine redditum, placuit hic adſcribere.

Interimit crepitus ventris detentus in alvo,
Et ſervat blæſum, dum canit ille melos.
Ergo ſi premit crepitus, ſervatque canendo,
Regibus imperium perhibet hic crepitus.

Atque hæc ſane cum ita ſe habeant, ſatius fuerit, natura incitante, aut ſecedere, ſi liceat, aut devorato pudore iuxta vetuſtiſſimum Proverbium. Tuſſi potius crepitum diſſimulare, quam comprimendo morbum accerſere. Recteque Stoici, quemadmodum Cicero lib. 9. epiſt. famli. epiſt. 22. ſcribit, crepitus, aiunt, æque liberos, ac ructus eſſe oportere. G 2

CAP. V.

De coena.

Ex magna cœna, ſtomacho fit maxima pœna.
Ut ſis nocte levis, ſit tibi cœna brevis.

PRAECIPITUR hoc loco ſanitatis ſuæ ſtudioſis, ut inſtante ſomni tempore, frugali cœna contenti, ventriculum, vario ciborum genere, non diſtendant, ſed eam copiam ingerant, quæ vires haud gravet. Nam qui noctu [1] multum ingerunt, primum quidem, ſomno destituti, corporis inquietudine agitantur: deinde vero puſtulas faciei, gravedinem capitis, graveolentiam oris, coli, calculique doloris, & podagram ſibi accerſunt. Neque ſolum immodica hæc ſub noctem ingur-

¶ (1) *Sufficiunt fortaſſe rationes, quæ Cap. 1. n. 4. fuerunt allatæ. Verum quia hoc loco de omni repletione, & de intemperantia loquitur, nonnulla dicenda ſuperſunt. Primo enim oportet, ut unuſquiſque vires ſuæ digeſtionis dimetiatur, ut inde quantum ingerendum ſit pro vitæ neceſſitate, & ſtomaci tolerantia, ſciat. Generaliter autem loquendo expedit, ut vires digeſtionis ciborum*

gitatio bonæ valetudini officit, ſed alia etiam quælibet: ut quæ cruditatem incoctionemque obſtructiones, putredines, febres, apoſtemata, & lepram haud raro generat; Atque ejus ſame rei graviſſimus teſtis eſt Avicenna, qui 13. 3. Tract. 1. cap. 36. ſcribit; Ex rebus ventriculum maxime lædentibus eſſe immoderatam cibi ac potus ingeſtionem, & ob id, fieri non poſſe, et intemperantium, vinoſorumque, ac ventris gulæque deditorum corpora alantur, atque augeſcant. Concoctio enim, per vitæ intemperantiam impedita, neceſſario humorum cruditatem efficit. Cruda vero, tantum abeſt, ut incrementum corpori ſufficiant, ut omnino, ne alere quidem poſ-

---

obſtaculum valeant ſuperare, ne forte repetitis indigeſtionibus, & corruptelæ detur occaſio, quæ nonnullorum morborum cauſa eſt. Ideo ea alimenta vitanda ſunt, quæ nimia partium cohæſione præſtant, quia totum ventriculi molimen requirunt, ut poſſint reſolvi in partes extreme tenuiſſimas, quod non ſemper æque feliciter evenire poteſt, cum major ſit eorum reſiſtentia, quam ventriculi, & fibrarum momentum. Inſuper dummodo alimenta hoc modo non reſolvantur, nutritioni, aliiſque vitæ neceſſitatibus nequeunt inſervire, quatenus, ut primam naturam, & caracteres integre deponant, neceſſe eſt, aliamque omnino diverſam acquirant humano corpori conſentaneam. Quoties vero hæc omnia conſequi non poſſunt vel de longevitate actum eſt; vel multa mala imminent.

ſint: quo fit, ut per vitam varijs etiam ægritudinibus confliĉtentur. Qui vero temperantes in viĉtus ratione frugalitatem ſeĉtantur, ij inculpatam, uſquequaque ciborum appetentiam conſervant, optimeque non in ventriculo modo, verumetiam per univerſi corporis molem cibos conficiunt (2). Cavendum igirur unice erit, ne

---

¶ (2) *Hoc arcanum naturæ opus, a quo nutritio, & vita pendet, non in ſolo ventriculo, verum ſucceſſive in omnibus viſceribus, omnibusque vaſis, in quibus periſtaltica vis viget, repoſitum eſt. Digeſtio enim tres compleĉtit ſpecies. Prima abſolvitur in ventriculo, & in inteſtinis, quando nempe alimenta comminuuntur, & indigenam naturam deponunt, ut inde ab inutibilibus chylus eliciatur; ſecunda in vaſis laĉteis, in ciſterna pacquetiana, & in duĉtu thoracico, in quibus chylus a vaſis reſorptus, perficitur, continua adfuſione lymphæ refluæ diluitur, & adtenuatur, ut facilius in ſanguinem mutari poſſit. Tertia demum in corde, pulmonibus, omnibusque arteriis, aliisque vaſis per eorum vim periſtalticam, & truſionem in minora vaſa, ut optimus ſanguis, ſuis requiſitis dotibus refertus, conficiatur, ex quo reliqui liquores, nutritio, incrementum, renovatio dependent, ope quarundam machinarum, & vaſorum, quibus proprios parandi liquores vis ineſt. Neque hic humana natura quieſcit, quia cum in eodem ſtatu, & cum eadem nutritione exiſtere non poſſit, per aĉtiones*

venter torqueatur, adeoque ingeſtis diſtendatur, ut pulſus velociter fiat, & vix ſpirare liceat. Cui non ad iuſtum modum vorare in delitijs eſt, varijs ſeſe periculis exponit. Simili modo, & nauſeoſa ſatietas, non ex craſſis & parvis ſolum, ſed etiam ſubtilibus, & boni ſucci alimentis vitanda eſt. Hæc enim, tum febres acutas, & malignas, tum etiam maximi cruciatus apoſtemata: illa vero articulorum & renum dolores podagram, aſthma, hepatis atque lienis obſtructionem ac σκιρρον, & ægritudines phlegmaticas & melancholicas inducere ſolet. Proinde optimo quidem iure non nocturna ſolum, ſed quælibet etiam ad nauſeam uſque progrediens ſatietas, a ſanitatis tutela excludenda eſt. Summopere igitur hoc ſemper curandum, ne deſiderium edendi penitus repleatur, ſed locus aliquis vacuus, & edendi voluptas ventriculo relinquatur. Quod Avicenna quoque 3. 1. doct. 1. c. 7. præcipiens, in hanc fere ſententiam ſcribit. Cibo nemo

---

vitales, indigenas nutritionis partes excutit, & cum reliquis humoribus excrementiis excernit, iterum ex novis humoribus, vario modo paratis, nutritura. In hac enim continua ſubſtantiæ mutatione, omnium fere morborum longiſſimorum cura repoſita eſt. Quartanæ nempe, reumatiſmi, obſtructiones (exceptis vero illis, quæ ab organica mutatione dependent) nequeunt per medicamenta continuo curari, niſi prius morboſa diatheſis gradatim mutetur.

ita replendus [3] eſt, ut nihil loci ſit reliquum; ſed a menſa ſemper cum fame recedendum eſt. Huic ſimile etiam vulgo dicitur. Nunquam adeo ventrem cibis expleo, quin apud amicos, edendi cella mihi ſuperſit vacua. Et hoc præceptum, eos cum primis tangit, qui natura vehementiorem ad cibos aviditarem conſecuti ſunt. Quibus vero hæc debilior [4] exiſtit, ijs fortaſſe concedi poteſt, ut largius paulo ingerant, quam appetunt. Apparandi autem, ex ſententia Cornelii Celſi lib. 3. cap. 6. & Aetij lib. 9. cap. 20. cibi plures, & varij, ac optimo apparatu, & ultra dulcedinem etiam elicientes, & appetitum irritantes. De cœnæ frugalitate nonnulla etiam ſupra c. 3. Uſitata hoc loco, & a multis agitata oboritur quæſtio (5): Utrum videlicet uberius

---

¶ (3) *Sanum quidem conſilium ab omnibus etiam ſanis, & perfectam valetudinem fruentibus, ſervandum. Sed vix crediderim unum ex centum valetudinariis huc uſque ſervaviſſe.*

¶ (4) *Magis nocere poſſe temperatis crediderim, quam aſſuetis Helluonibus, qui, præter conſuetudinem ad errores in victu, una cum ingenti adpetitu, validiorem ſtomacum ad digerendum, acrioreſque humores ſortiti ſunt. Temperati vero vix ab ordinario, & a conſueto victu ſecedunt, quam ob ſtomaci debilitatem, in corruptelam, vomitum, & alia pathemata incidunt.*

¶ (5) *Attendendum ad conſuetudinem, vel ad peculiarem hominum temperamentum, ſive etiam*

quidem prandendum, parcius vero cœnandum ſit? Quæ ſane cum ad hanc materiam proprie pertineat, prætereunda non eſt. Breviter igitur hic ſubiungemus primo quidem argumenta, quibus Conciliator plus cibi in prandio aſſumendum eſſe probat: deinde vero Leonharti Fuchſij quibus e diverſo colligit, cœnam, ut plurimum: prandio pleniorem eſſe debere. Conciliator igitur differentia 121. in hunc fere modum ſcribit. Iuxta corporum diverſitatem maior, minorve cibi copia exhibenda eſt, illa etenim aut iam in morbum lapſa ſunt, aut ſub latitudine ſanitatis adhuc exiſtunt. In morbum vero lapſa, aut iunctum habent humoris vitium, aut non. Si ſine humoris vitio [6] fuerint, tum libere eſt cenandum. Natura enim in eis ciborum concoctioni ſolummodo, non etiam ſuperfluitatum, quibus carent, maturationi intenta eſt. Sin vero humoris vitium adiunctum habuerint, largius prandium con-

---

ad vitæ genus. Qui diurnis negotiis ſe exercent, vel literario munere funguntur, ægre prandium meridianum ferunt, præſertim hyemali, aut autunnali tempore, quia parum, poſt prandium, temporis ſupereſt ad ſomnum, aut ſaltem ad quietem conciliandam. Cæterum pro una, vel alia ſententia parum, aut nihil rationes faciunt.

¶ [6] *Quod nequit verificari, quatenus non datur morbus, ſive febris, etiam depuratoria, abſque humorum vitio, quos ſi ſanos admittere velis, ſimul morbum abeſſe oportebit. Rectius vero*

cedendum eſt. Quod Avicenna 1. 3. tract. 5. cap. 11. ijs verbis ſignificare voluit. Ille, inquiens, cuius conſuetudo non ſubſtinet, ut ſolum ſemel in die reficiatur, dividat cibum ſuum in tres partes: & ſumat duas tertias in prandio, & reliquam tertiam, ſcilicet partem in cœna poſt leve exercitium. Eo namque tempore, quo calor [7] ſolaris vivificus naturæ in

---

intelligendum, nunc Prandium nunc Cœnam, ægrotantibus concedendam eſſe, prout febris, vel morbus intermiſerit, aut ſaltem remiſerit, urgente tamen neceſſitate, ad vires erigendas; vel etiam prout humores concocti, aut expulſi fuerint. Præterea non video qua ratione longius prandium concedendum ſit in humoris vitio. Potius vero in hoc caſu a quavis ſolidiori alimento abſtinere oportet, ne forte natura gravetur, dum cum morbi cauſa confligatur, ſimiliter ne morbi cauſæ novus addatur fomes.

¶ (7) *Solem nullo modo ad faciliorem digeſtionem concurrere facillime probatur, ſi ſolommodo ad caloris effectum advertas animum; omnia enim corpora, etiam duriſſima, vix calefacta elongantur, quia aliqua modo imminuitur partium coheſio, quæ omnibus ineſt corporibus plus minuſque. Ita pariter dicendum eſt de humano corpore, quod dum calet, fit debilius, nam omnium fibrarnm elementa a ſe mutuo ſecedunt, & minori vi impellentibus fluidis reſiſtunt, atque eorum momentum aeque remittitur, quæ cum ita ſe ha-*

concoquendo debili opitulatur, & maior ſuperfluitatum fit reſolutio, uberior cibus ſumendus eſt. Hoc autem circa horam prandij magis, quam cœnæ contingere ſolet. Ergo, &c. Ad hæc interdiu ob præſentiam caloris vitalis ſolis, & lucis, melior fit concoctio. Sol enim Ariſtotele lib. 2. cap. 2. Phyſic. & lib. 2. cap. 10. de generat. & corrup. teſte, eſt vitæ principium. Concoctio itaque diurna duplex habet calidum; nocturna vero non in ejuſmodi etiam natura noctu circa ſuperfluorum concoctionem magis occupata eſt, quare multa cibi exhibitione impedienda non eſt. Et quamvis calor noctu ſpirituum ad interiora retractione, & ſomni reductione in quibuſdam confortetur duo tamen ſimul, alimentum videlicet, & ſuperfluitates conficere non poteſt; in his itaque cœnæ, nonnihil ſubtrahendum eſt. Corporibus vero, quæ ſub latitndine ſanitatis adhuc robuſta & ſufficienter ſana conſiſtunt, ac ſenſibilibus ſuperfluitatibus carent, cum eas proprijs meatibus omnes expellant, uberiore cæna uti expedit, vel quod eorum natura ciborum concoctioni tantum, non etiam ſuperfluitatum, quibus carent, matu-

beant, etiam ſtomacus flaveſcit, & digeſtio ægre peragitur. Ideo æſtivo tempore minus digeritur, licet alimenta tenuviora ingerantur. Hyeme autem voraciores evadimus, & ſub victu etiam duriſſimo, nunquam, vel ſaltem raro, in morbos exquiſite putridos, incidimus.

rationi intenta ſit, vel quod ſoli corporis robori ſtudeant. Hoc autem noctu magis acquiritur, tum enim amplior ſit & ſanguificatio, & diſtributio, atque hinc deinde ſpirituum generatio, Corpora vero ſi a prædicto temperamento, ac robore nonnihil receſſerint, ſicuti plurima in ægritudine uſque nunc prolapſa, eiuſmodi aut fatigantur exercitio laborioſo, vehementi, & continuo, aut non. Si quidem fatigantur, ut ſunt eorum qui victum manibus quærunt, ipſis largius prandere [8] quam cænare convenit. Expetitum enim

---

¶ [8] *Ob continuum laborem majori alimento indigent, etiam pluries in die ſumpto. In his enim ſudor, & perſpiratio uberrima eſt, & non ſolum lynpham, verum etiam recrementitios humores, & nutritionem ipſam uſurpat, ita, ut nemo eorum pinguis unquam evadat. Similiter duriora expoſcunt alimenta, uti panem durum, legumina, carnes, & piſces ſale, & fumo eſiccatos, aliaque hujuſmodi, quæ re vera vires alunt. In victu tenui, etiam ſi nutriente, languent laboribus impares, cum quo ſedentarii, & otioſi bene ſe habent. Hoc autem vitæ genus ſuos parit morbos, nimirum duras, & ſiccas obſtructiones, non ſolum quia fluidior humorum pars continuo amittitur, ſed ob prærapidam digeſtionem, quæ chylum adhuc indigeſtum per vaſa trudit, qui, cum ſanguine circulando, non integre perficitur, ſed majori vi ad vaſa minima adpulſus; obſtructiones in hepate, liene, in pulmone, atque in aliis viſceribus gignit. Expedit vero his cœnam*

alimentum, non tamen, ut nutriat, ſed etiam humectet, & irriget membra, ne areſiant ex forti motu, & ut reſolutioni ex caloris incendio provenienti reſiſtat. In prandio igitur uberior cibus aſſumendus eſt: eiuſmodi enim corpora, propterea quod ita conſueverint, ob exercitia, a concoctionis opere non ceſſant. Uſus namque, quemadmodum Avicenna 3. 1. doct. 2. c. 7. teſtatur, res eſt extra rationem. Calor enim ex motu auctior redditus concoctionem ipſis accelerat. Quare ter in die eliciente appetentia cibum ingerunt, & ingeſtum probe conficiunt. Si vero laborioſo, vehementi, & continuo exercitio, quemadmodum prædicti, non agitentur: hoc in præſentiarum dupliciter contingit. Aut enim eo interdum ſolammodo, & non continue fatigantur, aut debili tamen utuntur, quod utique ſuperfluitatum copiam parit. Si exercitio plurimo, vehementi, ac laborioſo utantur, ſicuti viri complures civiles & plebei circa fortunæ bona negociantes, aut ſanitatis conſervationi intenti, vehementi nonnumquam & laborioſo exercitio, diu nimirum equitando, iter pedibus faciendo, vel aliud quiddam a conſueto, fortius agendo, fatigantur, his largiori uti cena, quam prandio indulgendum eſt. Nam ſi prandium augerent (9), cum, ſicuti priores

---

largiorem permittere. Vide mox ſupra dictione [*quæſtio*] *Cap.* 5. *n.* 5.

¶ (9). *Eodem fortaſſe modo male ſe haberent*

illi conſueti non ſunt, exercitio adeo vehementi ac laborioſo agitari, concoctio ipſorum impedita, pravos humores generaret, horum etiam calor ſuperfluo motu diſſipatus debilitatur, cujus quidem circa interiora aggregatio, potiſſima fortitudinis, & concoctionis cauſa exiſtit. Hæc autem noctu magis, quam interdiu contingit, quare cœna, inſtante nocte, copioſius alimentum expetit. Eorundem etiam corpora, propterea, quod tam vehementi motu, ante agitari minime ſoleant, humiditatibus referta ſunt, ipſis itaque ad reſiſtendum reſolutioni, & exiccationi, quæ per motum interdiu occurrentem fiunt, parvus cibus ſufficit. Sin vero exercitijs & occupationibus paucis & levibus in vita utantur, præcipiendum etiam eis, ut uberius prandeant, quam cœnent. Et ratio eius eadem eſt cum illa, quæ in corporibus nunc ægrotantibus adducta eſt. Hi namque cum debilem habeant virtutem concoctricem, a calore vivifico & luce Solis plurimum adiumenti percipiunt. Inde enim ſpiritus propter ſuum ſimile confortatur, Ipſe enim ut teſtis eſt Avicenna in lib. de viribus cordis, Tract. 1. c. 2. & lib. 6. naturalium, pratic. 4. eſt lux, aut effigiem habet lucis. Adiumentum

---

ac Bubulci, & Aratores, ob nuper allatas rationes. Neceſſe eſt igitur, ut peracto labore, aut itinere, lautiori cœna utantur, quæ per placidum ſomnum quam facile digeritur, quod de prandio dici non poteſt, uti ſupra &c.

etiam ex eo percipiunt, quod ſuperfluitates interdiu poris apertis melius, quam noctu expellantur. Non oportet proterea eos noctu vel ob id multo cibo diſtendi, quod tum natura magis occupent circa concoctionem crudorum humorur, quod ſomnus maxime conficit & benignos reddit. Licet enim virtus concotrix noctu confortetur, (10) tanta tamen eſſe non poteſt, ut

---

¶ [10] *Superius aſſeritur calorem ſolis virtutem digeſtionis confortare: hic e contra hoc ſub nocte evenire, quod, cum primæ adſertioni ſit prorſus contrarium, verum ex rationibus n. 4. Cap. primo jam allatis. Verumtamen intelligi poteſt per omnes digeſtiones, quæ ſub ſomno melius perficiuntur, quia tunc temporis omnes machinæ preſſoriæ integre humoribus parandis applicantur, Hoc tantummodo inter ſe conciliari poſſunt hæ oppoſitæ auctoritates: nimirum quod tempore nocturno, ob frigus externum, calor nativus ad interiores partes recedens, digeſtionem promptiorem, & faciliorem faciat; Et ex adverſo, ob vivificum ſolis calorem, concoctionem facilius perfici: Quoad primam ergo digeſtio facilitatur, non quia calor nativus ad interiora recedit, ſed quia, dum quieſcimus, maxima ſucci nervei quantitas ad ſtomacum concurrit ob majorem reſiſtentiam inibi natam, & ob quietem voluntatis, uti pariter probatum eſt. Quoad ſecundam, non repugnat alimenta æque facile digeri poſſe per motus voluntarios, qui, licet immediatam digeſtionis cauſam*

ſimul & ciborum ſuperfluitates ſuperare queat. Inſuper quoque animadvertendum etiam, in exhibitione copioſioris, aut minoris cibi in prandio, quam cœna, nonnihil etiam dandum eſſe conſuetudini. Hæc enim cum in tuenda ſanitate, tum etiam in profligandis ægritudinibus, plurimum valet. Hippocrate lib. 2. de vict. rat. in morbis acut. aphoriſ. 20. & ſequentibus, & ibidem Galeno teſtibus. Quod vel ex oſtenditum, quod omnis ſubita mutatio, ſi modum exceſſerit, non parvam leſionem afferat. Hinc non temere Damaſcenus aphor. 57, ita ſcriptum reliquit. Mutare conſuetudinem præſertim veterem, & noxium, & peſtilentiſſimum habetur. Quare malas, & pravas conſuetudines corrigere oportet, ſed paulatim, ac ſenſim ad meliora transferre. Neque enim natura patitur eas, quod ſubito fiunt alterationes Galen. cap. 16. artis medicinalis. Plura Rhazes lib. 4. cap. 10. ad Almam & infra. c. 55. Et ſic in univerſum patet, largius prandendum, quam cænandum, cum plurimæ ægritudines ſint materiales, & corpora plurima lapſa. Attamen, ſi ſemel tamen in die comedatur, melius eſt cænare, niſi oculi, aut cerebrum affecta ſint: tunc enim, Haliabbate 1. pract. 13.

---

non conſtituant, concurrunt tamen ad illam facilitandam (licet tractu temporis obſtructiones, & alia adferant mala, ut mox ſupra) quod cum in diei curſu eveniat, a ſolis calore recognoſcendum eſſe opinabantur.

teſte, melius eſt prandere, alias non parum ægrotantis oculi, & cerebrum læderetur. Exigua namque cæna capiti confert, & oculis, Manardo lib. 6. epiſt. 4. teſte. Hactenus ex Conciliatore adducta, medici excellentiſſimi, Odus de Odis Patavinus duobus libris de cæna, & prandij portione, Hieronymus Cardanus lib. 1. Contradicentium tract. 5. contradic. 18. & Leonhartus Fuchſius libro 2. Paradox. cap. 21. magna ex parte falſa eſſe firmiſſimis rationibus convincit. Ex quibus Leonharti Fuchſij rationes hic in oppoſitum ſubjungere placuit, ut ſanitatis ſuæ ſtudioſis plane conſtaret, quid in re tam perplexa, aut fugere, aut ſequi debeant. Nemo eſt, inquit, ille, qui hodie medendi methodum præſcribentium libros, vel a limine ſalutavit, quod neſciat, vulgatum atque tritum hoc illius eſſe decretum, ut nunquam non prandio cæna minor ſit. Quantum vero aberrent, facile deprehendet, qui rem altius expendet. Cœnam enim in omnibus, demptis ijs qui morbis nocturnis, & catharris, ſeu deſtillationibus affliguntur, prandio pleniorem eſſe convenit. Qui enim iam nominatis corripiuntur morbis horum cæna omnino modica ſit, tenuis, ſicca, ac præter aliorum morem noctemque præveniens oportet, ut ingruentibus ſcilicet morbis, natura ab omnibus alijs munijs libera, unius morbi concoctioni operam navare queat. Sunt & qui conſuerunt minus in cæna ciborum aſſumere, quam in prandio, horum certe conſuetudo non temere etiam immutanda erit. Quæ enim ex longo tempore

conſueta ſunt, ut ait Hippocrates 2. Aphoriſ. 50. & ſi deteriora ſint, inſuetis minus moleſtare ſolent. Cur autem in alijs omnibus plenior cæna ſalubrior ſit, multa in cauſa ſunt. Primum autem omnium noctis mox accedens frigiditas, quæ extrinſecus circumſtans calorem nativum in profundum ſecedere, & hoc nomine fortiorem fieri cogit, ita ut neceſſario ciborum tum melior fiat concoctio. Et certe idem poteſt noctis frigiditas, quod alias anni tempus hybernum, aut regio frigida poteſt. Horum enim unamquodque calorem nativum adaugere potis eſt. Teſtis Hippocrates qui lib. 6. epid. Tom. 6. aphor. 6. ſic inquit, per frigidiori in tempore, & regione frigidis, percalidior. In 1. aph. 15. quoque ventres hyeme, & vere natura calidiſſimos eſſe aſſerit. Deinceps etiam (*Somnus*:) qui cœna ſubſequitur: hic enim mirum in modum concoctionem adiuvat. Sanguis enim in ſomno ad interiora magis refugit ut teſtatur Hippocrates 9. epid. Tom. 5. aphor. 29. Cum itaque ſanguis, cumque eo calor nativus per ſomnum ad interiora ſecedat, quid mirum ſi calor auctus fortiorem tum ciborum coctionem efficiat? Hinc rectiſſime Hippocrat. libro 6. epidem. Tom. 5. aph. 10. dixit: Labor articulis, & carnibus, cibus vero ac ſomnus viſceribus prodeſt. Somnum quoque optime cibum concoquere teſtatur Galenus lib. 1. de Sympt. cauſis c. 8. ita ſcribens: Itaque toto hoc tempore, quo quis dormit, animalis facultas quieſcere, naturalis vero validius agere videtur. Cuius rei conjecturam ex eo facies, tum quod ipſa, ſi

quando laboraverit, poſt ſomnum robuſtior evadit, idque maxime, cum a modico cibo ſomnum admittimus, tum etiam quod per ſomnum citius optime concoquitur, non ſolum in ventriculo, verumetiam per univerſi corporis habitum. Cui ſubſcribit quoque Paulus Æginetа lib. I. cap. 97. dicens: Somnus eſt animalium facultatum quies, ab utili humore cerebrum madefaciente proveniens, hunc qui rite capeſſit multa conſequitur commoda. Cibos enim conficit, humores digerit. Quod autem hac ratione plenior cœna eſſe debeat, teſtatur Galenus, vel quiſquis tandem eius libri autor fuit, in lib. de diſſolutione continui, in hanc ſententiam ſcribens. Antiqui cœnam (11) prandio præferebant, præcipientes plus ciborum in cœna ſumendum eſſe, ob caloris circa interiora aggregationem noctis frigiditate, & per ſomnum factam, calor namque in ſomno ad interiora corporis revocatur, eademque calefacit, perinde ut in vigilia contrarium plane accidit. Id quod Hippocrates etiam epid. 6. Tom. 4. aph. 12. ijs verbis indicavit. Plane vigilans calidior circa exteriora, frigidior vero circa interiora, dor-

¶ [11) *Hæc Romanorum conſuetudo fuit Boerhaav. prælect. academ. tom. 4. pag.* 284. Romani neque jentaculo, neque prandio utebantur ſed ſola cœna. *Haller in adnotat. n. 6.* Nempe præcipuum tempus convivii cœna erat, quod ab ardente ſole meridiano appetitus proſternatur.

miens contra. Sed hic reclamabunt quidam, pleniorem que cœnam ideo damnabunt, quod pleno ventre ingrata ſit quies, atque adeo ſomnus minus conveniens. His ita reſponſum volo. Nemo eſt tam ſine ſenſu communi, qui neſciat inter cœnam, & ſomnum aliquid temporis intervenire debere, neque quemadmodum in brutis, nullam aliam niſi vorandi, ac mos dormiendi viciſſitudinem eſſe, quum omnium Medicorum conſenſu conſultum ſit, quo aut hora, aut amplius interſit. Neque etiam, ut pleniorem cœnam quis eam eſſe putet, qua multa ingeruntur tanta voracitate, ut vix ſpirare liceat, & periculum ſit, ne vel crepent, qui ita ſeſe replent, ſed frugalem potius: talem tamen in qua, plus, quam in prandio abſumitur ciborum. Quod ſi tamen hic peccatum fuerit, melius certe in cœna, quam in prandio fertur, quod ſomnus poſt cœnam non diu ſubſequens, facilius delictum, quam vigilia, quæ prandium concomitatur, corrigat. In ſomno enim ut diximus, calor interiora petit, & quæ illic ſunt, cibis concoquendis ſolis vacat. Interdum vero ad exteriora protrahitur, neque ijs, qui intus ſunt, proſpicere poteſt, adeo ut veriſſime dixerit Hippocrates 2. victus acutorum 59. Vigilia vehemens cruditatem, incoctionemque ciborum tum potionis efficit. Porro cur cœnam prandio pleniorem eſſe oporteat, & hæc ratio, quod rara admodum exiſtat corporis facultas, que paulo liberalius prandium ſpatio, vel quinque vel ſex horarum, quod fere inter prandium, & cœnam intereſt, conficere poſſit. Quantum autem

incommodi adfert, ſi quis nondum plane concocto eo, quod prius ingeſtum fuit, aliud ingerit? morbum nimirum facit. Vel enim cibus præter naturam plus ingeſtus eſt, ut ait Hippocrates lib. 2. aphor. 17. hic morbum facit. Et ſi denuo obje er t, utrumque ſomnum a cœna differamus, tamen quando fieri non poſſit, quin ad ſomnum converſis, quod materia tum ad interiora tendat, caput impleatur, huic Galenus quidem reſpondebit; qui lib. 4. aph. 67. ita ſcribit. Et quidem ſicuti a cibo ad ſomnum converſis impletur caput, ſic in plethoricis diſpoſitionibus ſomni ipſum replentes aggravant cerebrum (12). Et ſomni videlicet ſemper nocerent,

---

¶ [12] *Propter ſitum orizontalem, & preſſionem aortæ deſcendentis, in ſtomaci repletione, quod acriter ab Hallerio negatur contra Præceptorem eodem Capite ſupracitato pag.* 272. *n.* 1. *ob ſitum aortæ*. Dum enim diſtenditur antrorſum recedit &c. *contra quem opponi poteſt: in cadaverum ſectionibus omnia viſcera inania decidunt a morbi vi, & inedia conſumpta. Quid mirum ergo, ſi aorta a ventriculo comprimi non videatur, quod utique videretur in homine ſano poſt prandium? Vulnerato abdomine uſque ad Peritonæum, inteſtina prodeunt extemplo, nullo modo introductura quamcumque diligentiam Chirurgus adibuerit, tanta eſt contentorum viſcerum anguſtia, quæ multo magis augetur a prandio. Opponit* 3. *eodem numero.* A cibo requiritur

quatenus ad profundum, & viſcera materia confluit, niſi coctionis ratione plus afferrent utilitatis quam ſit damnum, quod ex motu ad interiora conſequetur. Et hæc ad vulgarem multiſque communem errorem explodendum ſufficiant.

---

uberior ſecretio ſucci gaſtrici, inteſtinalis, pancreatis, bilis &c. *quæ impediretur ab aortæ preſſione. Sed reſpondetur primo hujuſmodi preſſionem omnino non negare his viſceribus ſanguinem pro humorum ſecretione, veruntamen ſolum efficere, ut minor ſanguinis copia per aortam tranſeat, relate ad illam, quæ per truncum ſuperiorem pellitur; 2. neque ſucci qui a dictis viſceribus exprimuntur, a ſanguine, eo ipſo tempore ad ea advecto, reſultat: quin potius dicendum, antea paratos eſſe, & ad uſum aſſervatos, atque accedente neceſſitate, per ſtomaci repletionem reliqua viſcera comprimentis, inde expreſſos. Cæterum Capitis gravamen, rubor oculorum, ſomnus &c. etiam erecto corpore poſt prandium id ſemper probant.*

CAP. VI.

De dispositione ante cibi sumptionem edendi item, atque ciborum ratione.

Tu nunquam comedas ſtomachum
ni noveris eſſe.
Purgatum, vacuumque cibo, quem
ſumpſeris ante.
Ex deſiderio id poteris cognoſcere
certo.
Hæc ſunt ſigna tibi, ſubtilis in ore
diæta.

Hic traduntur præcepta quædam ante cibi ſumptionem ſervanda.

PRIMUM, ne ſumatur cibus, cum ventriculus quibuſdam humoribus vitioſis adhuc plenus [1] extiteret. Corrumpitur enim ſimul ali-

¶ (1) *Quod eſſet maximus error: nam comedere, dum alimenta prius aſſumpta non adhuc digeſta ſunt; vel in humores vitioſos converſa, idem eſſet ac graviſſima ſympthomata excitare, diarrhœam nempe, dyſenterias, coleras, dolores, &*

mentum, quod inſuper ingeritur, una cum pravis humoribus qui prius ſunt in corpore,

---

febrem putridam. Expedit vero ſomno, vel leni motu, abſtinentia, potu aquæ gelidæ, huic indigeſtioni ſubvenire. Præterea abſtinentia in hoc caſu arcanum eſt remedium, quia totum opus naturæ tutius committitur, quam artis auxiliis. Quædam inſuper conſideranda occurrunt, videlicet: non omnia alimenta in eamdem degenerationem abire. Quædam enim in acidum; quædam in putridum; quædam in rancidum; quædam tandem in glutinoſum. Panis, & omnia quæ a frumento parantur, aceſcunt, nec non fructus horæi, &, inter herbas, quamplurimæ. Carnes, Piſces, ova, omneſque crampes ſpecies, putreſcunt; Adeps, oleum, & his ſimilia in rancidum commutantur, præſertim frixa. Hujuſmodi ſpontaneæ degenerationes quandoque invicem corriguntur, nempe acidum, ab alkali, ut ſi quis paſtacea comederit, carne toſta acidum temperaverit, quam primum ab eo vexabitur; & quo caro rudior fuerit, eo ad hoc opus efficacior. Vice verſa alkali, ſive putridum, ab acidis corrigitur, & eo magis rancidum, ut ab acido limoniorum, aceto, aliiſque ſimilibus, aut ab illis quæ in acidum abeunt, uti ſunt paſtacea omnia. Propterea parcendum illis, qui ab acido correpti, in cœna carnem comedunt; Et e contra. Hujuſmodi adferre differentias oportebat, quatenus unuſquiſque artis ignarus, omnem indigeſtionem, acidum, appellat.

ita ut ipſorum quidem quantitas augeatur, qualitas vero ſervetur. Eos igitur, ut lib. 6. c. 9. de Sanitate tuenda. Galenus autor eſt, vomitione, in ijs, qui ſuapte natura facile vomere poſſunt expellere prius quam cibus ingeratur, oportet. Impura namque corpora, & vitioſis humoribus referta, vacuatione potius, quam ea, quæ per cibos fit, refectione egere, teſtatur cum primis Hippocr. aph. 8. & 10. lib. 2. & ibidem Galenus in commen. Ventriculum vero vitioſis humoribus eſſe plenum, e nidoribus, & ructibus deprehendi poteſt, quemadmodum copioſe, ad modum Gal. lib. 3. c. 4. de loc. affec. docet, ad quos ſane lectorem nunc ablegamus.

SECUNDUM, ne priore cibo non dum concocto, nec dum in alvum demiſſo, alius ſumatur (2): qui enim eo modo ſuperediţur natu-

---

¶ (2) *Uti ſuperius. Hoc evenire poſſe crediderim, quia alimentis majori ex parte digeſtis, & in maſſam pultiformem reductis, nova digeſtionis materia ſuperadditur, quæ, cum illis commiſta, totam maſſam recrudeſcere, facit; etiam per additionem aeris, quem crudum in ſe continet: quod quidem evincitur a ructibus, & borborigmis, qui, hanc turbatam digeſtionem, comitantur. Maximum levamen adferret aqua frigida, niſi ipſa a ſtomaci calore continuo caleret, quo caſu nil boni abtinebitur. Potius vero per nivem alimenta a degeneratione ſervantur, quoties integra, prius*

ram a prius ingeſti concoctione deturbat, quo fit ut quicquid eius confectum ex ventre a venis miſeraicis (3) in hepar deducitur, reliqua ſtatim omnia etiam inconcocta ſecum in corruptionem trahat, adeoque tum vaſa ipſa, tum totum corporis habitum cruditatibus, & vitioſorum humorum multitudine repleat, ac ob id ipſum morbis non raro tentet. Proinde rectiſſime Gal. lib. 7. cap. 6. meth. med. percipit ut vacuus puruſque ventriculus ſecundum cibum excipiat. Quin etiam Avicenna 3. 1. doct. 2. c. 7. idem præſcribent, ita fere inquit: Nemo ſanitatis ſuæ ſtudioſus aliquid comedat, niſi ad hoc certo prius in tanto deſiderio, & ventriculo una cum reliquis ſuperioribus inteſtinis a præſumpto cibo vacuatis. Priore enim cibo nondum concocto, alium inſuper ingerere, corpori pernicioſum eſt. Porro ex ructu nullam alimenti prioris qualitatem referente ventriculi tumore iam ſubmiſſo, recrementorum deiectione, & urinarum coloratione, licebit coniicere, num prior cibus ad unguem congeſtus, ac in alvum demiſſus ſit, quemadmodum Gal. lib. 7. c. 6 meth. med. & poſt eum Paulus lib. 1. c. 97.

---

quam in ore liqueſcat, fuerit deglutita, atque iterum uſque ad integram digeſtionem.

¶ [3] *Quod a peracta digeſtione, ſive perfecta, ſive imperfecta, reſultat, non per venas meſeraicas hepar adit; ſed per venas lacteas ad*

luculenter, & perſpicue docuerunt. Urina [4] enim quæ aquæ ſpeciem præfert, crudum adhuc in venis ſuccum eſſe indicat eum, qui a ventre ſubmittitur. Quæ vero fulva bilioſaque eſt iamdudum concoctum eſſe huiuſmodi ſuccum portendit. Quæ modice pallet, derectæ, modo ſecunde concoctionis eſt ſignum, quemadmodum eleganter Gal. lib. 2. de ſanit. tuenda cap. 4. Cornelius Celſus l. 1. cap. 2. & Plinius lib. 28. c. 6. docuerunt. Imperfectæ autem concoctionis, ut teſtis eſt 6. ſection. ap. conc. 1. Gal. acidus ructus certum indicium. Signa etiam, quibus certo comprehendi poſſit, utrum a vitioſis illis humoribus ac prius, ingeſto cibo vacuus ſit venter, nec ne, & hic ſubiunguntur.

PRIMUM, deſiderium certum, hoc eſt, vehementior, & vera novi alimenti appetentia, ſive fames. Nam de Medicorum fere omnium ſententia duplex fames eſt, una quidem vera, & naturalis, altera vero mendoſa. Veram deſcribit Galenus aph. lib. 2. commen. 16. ſic

---

Ciſternam Pacqueti, ex hac, per ductum thoracicum, venam ſubclaviam ingreditur. Humor vero acris inteſtinorum, per venas meſeraicas, ad hepar fertur, & una cum aliis ad bilis productionem concurrit.

¶ [4] *Quæ aquea & cruda, nec non magna copia ſummo mane excernitur, indigeſtionem, ſomni turbulentiam, & vigiliam antegreſſam ſignificat. Alimenta ſolida, quæ majori digeſtione in-*

inquiens: Fameſcere (5) illos dicimus, qui ob ciborum inopiam ad extremam eſuritionem perveniunt. Idem lib. 1. cap. 7. de cauſis ſympt. diſerte admodum, & copioſe harum appetentiarum rationem, & diverſitatem deſcribit, quem locum, utpote ſcitu digniſſimum, hic integrum ſubijcere placuit. Nam quoniam, inquit, cutetenus unum quodque animal in ambientem aerem digeritur, accidit, ut membra, que ſub ea ſunt prima vacuentur: quorum ingenita vis ex proximis ſibi alimentum trahit, id, ſcilicet quod vacuatur, reficiens: deinde rurſus illa, ex ijs, quæ ſibi ſunt proxima: ſicut quæ tertio loco ſunt poſita, ab ijs que ſibi. Atque ita ſemper per continuum, veluti in choro quopiam translatione celerrime facta, ad venas, quæ ad ven-

---

digent, adhuc cruda retinentur; tenuiora vero, & aqua facillime per vaſa lactea tranſeunt, & vix ſanguini commixta, arterias emulcentes petunt, & aqueo colore mincuntur, quia cum longe ſanguine ipſo leviora ſint, nullo modo ſanguini miſcentur, cujus globuli graviores, dum per vaſorum axim feruntur, leviores partes expuunt, & ad latera, & vaſa lateralia trudunt. Inſuper tum ob cruditatem, tum ob interruptum ſomnum, perſpiratio impeditur, unde nova humorum quantitas, quæ per cutim expedienda erat, ad renes adfluit, & lotium auget.

¶ (5) *Novo ſcilicet alimento indigere, priore jam per varias evacuationes conſumpto, & ma-*

triculum pertinent, vacuatio pervenit. Hæc vero & ſolent pariter, & natæ ſunt ex ventriculo nutrimentum trahere, perinde ut ſtirpium radices; quæ in terram ſunt demiſſæ ab ea. Cum enim hoc opus univerſum naturale ſit, non animale, ſimiliter in ſtirpibus, & animalibus perficitur. At in ſtirpibus quidem terra perpetuo paratum, largumque alimentum rigantis ritu ſubminiſtrat: quandiu cœlitus temporum ſtatus, pro natura ſe habet. Quando ſi ex terra ſqualoris exceſſus ſiccatus eſt humor, ſtirpes nutrimenti penuria marceſcunt. Animalibus autem utpote, terræ non affixis, præter utique pauca quædam, natura ventrem per nutrimenti veluti penu fabricavit, quemadmodum ſtirpibus terram. Dedit autem animalibus, & penuriæ ſenſum: quo ſcilicet ad cibum potionemque proritata in tempore expleantur. Vocaturque eiuſmodi implendi deſiderium appetentia. Fit autem ex penuriæ ſenſu: cum ſcilicet venæ ex ipſo ventriculo, veluti emulgentes ſugenteſque aliquid trahunt. Non ferens autem eum ſuctum ventriculus, ſed veluti divulſus, offenſæ eius medelam cibum comparat. Quippe venæ hoc pacto ad obiectos cibos convertuntur: atque ex ijs nutri-

---

xima quidem parte per inſenſibilem perſpirationem. Optime igitur Galenus, hanc ſequeſtrationem, licet inſenſibilem, tanquam primam famis cauſam, adſignaverit, licet celeberrimi Sanctorii ſtaticæ eo tempore ignarus, atque eam ab aere re-

mentum trahunt (6): nequaquam ex ventriculo. Fitque poſt cibi ſumptionem, ut & venæ

---

cognoverit, qui, quo gravior, & ſiccior fuerit, eo perſpirationem uberrimam promovet. Ita Boerhaavius Tom. 3. de perſpirat. inſenſ. pag. 307. §. 430. Efficiunt . . . . aer purus, ſerenus, ſiccus, gravis, frigidus. *Aer enim hiſce caracteribus donatus vaſorum exalantium oſcillationem validius promovet, quia in ea fortius agit, atque atmoſpheram, quam unuſquiſque perſpirando circum ſe parat, continuo delet, unde aliam, per eamdem perſpirationem, parare cogitur, quæ iterum ab aere conſumitur. Ideo oportet, ut ad vaſa cutanea arterioſa, ſine interruptione, novus humor adfluat, ut huic evacuationi ſuppleat, qui a vaſis proximioribus auſertur, quæ ab aliis ſtatim implentur; atque ita progrediendo, ad cor pervenimus, in quo omnes humores parari incipiunt, & in omnibus vaſis decreſcentibus gradatim perficiuntur, uſquedum ad cutim pervenerint, cujus vaſis ſubtilitas materiæ perſpirabilis debetur, quatenus ultima humorum productio, ab ultimis vaſis elaborata. Hoc inſuper magnum perſpirationis opus viribus cordis validioribus, vaſorum omnium, & machinarum debetur, licet ab aere, ut ſupra, promoveatur, non vero quia vaſa minora trahant a majoribus id, quod debet perſpirari, quatenus nulla vis attrahens in illis viget: imo ſi a majoribus in minora adfluxus deeſſerit, a viribus impellentibus productus, conti-*

ſimul ad cibos ſe convertant, & ventriculus ex ijs, quantum prius per venas eſt exhauſtum, in ſeipſum trahat. Ac ſuctus quidem ipſius ſenſus, fames eſt. Hæc Galenus. Cum igitur ventriculus non appetit, ſignum eſt, membra nondum refectione indigere, ſed ſatis adhuc alimentorum in promptu habere. Quod certe & ipſum Galenus libro 3. cap. 13. de facult. natura lib. innuere voluit, inquiens: Venter ſi melius paratiuſque nutrimentum habet, externum non poſtulat. Cibi igitur exhibitio diutius adhuc differenda eſt: nam quidquid ingeritur, gravat naturam, non iuvat. Porro mendoſa fames, eſt cibi appetentia corpore non indigente. Quæ quidem, ut idem Galenus libro 1. capite 7. de

---

nuo perſpiratio ceſſaret. Quocitius ergo vaſa ſanguifera per hanc evacuationem deplentur, eo urget neceſſitas, ut iterum impleantur. Implentur itaque a novo, & recenti chylo ab alimentis digeſtis producto, qui ſanguini, aliiſque humoribus materiam præbet, & omnibus corporis functionibus ſupplet.

¶ [6] *Alimenta ore contrita vix ad ſtomacum delata, vires reficiunt, antequam per viam chylificationis ſuccus alimentitius introducatur. Subtilior ergo eorum pars, a venis bibulis, quæ in ipſo ſtomaco biant, abſorbentur, tranſit in venas majores, tandem ad cor, ut inde in nutrimentum abeat. Reliqua vero, & major chyli pars per vaſa lactea in ſanguinem tranſit, ut plurimum ſpatio ſex horarum plus minuſque.*

cauſis ſympt. docet, tum maxime fieri ſolet cum acidus quiſpiam vitioſus ſuccus ventriculum mordet vitioſus namque ſuccus, qui frigidus (7) eſt, ſimilem ſuctui, morſum infert. Appetentiam vero proritat naturalis aff ctus ſimilitudine. Alimenti autem, non potus deſiderium excitat propter frigus. At vitioſo ſucco, qui ſalſus, & bilioſus [8] ſit, ventrem mordente, potio magis quam cibus expetitur. Præterquam enim quod caleſiat, ſicceturque, ab eo ventriculis, quæ utique ſitis cauſa ſunt, etiam liquari fundique tum in eo, tum venis ſuccus contigit. Fundatorum autem ſuccorum Symptomata, ea quibus continentur implet, quemadmodum frigiditas vacuat. Itaque etiam non parum ad eſuriem frigiditas eorum, quæ in ventre habentur, confert. Cum & corpora eorum, tunicaſque vacuet, & cogendo conſtringeadeque ad appetentiam irritet. Atque ita quidem vitioſus ſuccus acidus, ſtypticus, & frigidus mendoſæ famis exiſtit cauſa.

SECUNDUM, variæ famis ſignum, etiam ſubtilis diæta, videlicet precedens, hoc eſt, parva cibi exhibitio, quando enim & hanc fames ſequitur

---

¶ [7] *Hic enim videtur acrimoniam acidam deſignare, quam Antiqui frigidam appellabant. Vid. Boerhaav. Tom. 6. prælect. academ. de morbor. ſign. pag.* 195. *paragr.* 913. Signa acrimoniæ acidæ . . . . Sitis non magna, appetitus ſæpe ingens.

¶ (8) *Qui caracteres acrimoniae alcalinae, &*

ſequitur, tunc illam, & veram, & naturalem eſſe ſignificatur. Unice igitur ſemper cavendum, ut nunquam, neque prandeatur, neque cænetur, niſi conſueta hora, ac illiciente prius appetitu, nec eo cibum exigente, differatur. Om-

---

muriaticae conſtituit. V. Tom. ſup.cit. p. 194. *paragr.* 912. Signa acrimoniæ alkalinæ . . . . Sitis ingens vix ſedanda, appetitus proſtatus. *Acrimonia muriatica vero, quoad ſymthomata, non vero quoad cauſam, cum alkalina convenit. Illa enim ab alkali, haec vero a ſale producitur. Vide ſupra pag.* 196. *paragr.* 914. Signa acrimoniæ muriaticæ . . . . Sitis aſſidua ingens vix ſedanda. *Experimur autem in praxi, acidum, ſolidorum vires intendere, & humorum corruptionem avertere. Dummodo enim viget ſolidorum vis, viget pariter digeſtio, & appetitus; eo magis quia acidum, in ſtomaci inanitione ſuas vires contra ſtomaci nervos, & fibrillas exercet, & appetitum rabidum excitat, nullimode tolerabilem. Secus vero in alkali ſpontaneo, quod humores, & ſolidas partes in putridum liquamen convertit, & nexum ſolvit, unde appetitus proſternitur, ſimul & digeſtio, ſolutis enim humoribus, omnes evacuatioonss immodicae evadunt, & corpus tabeſcit, adeo ſitis ingens &c. Hæc duo humorum vitia per medicamenta oppoſita curantur: Primum nempe per abſorbentia, & per ea, quæ acido opponuntur, ſecundum per refrigerantia, & aceſcentia. Vid. loc. citat.*

nis enim mora illi nociva eſt, niſi ſuſpectus ſit eſſe mendoſus, qualis ebriorum, & faſtidio laborantium eſſe ſolet. Nam ſi ventriculus alimentum poſtulat, ut Galenus lib. 3. cap. 3. de facul. naturalibus auctor eſt, nec ejus copia eſt, excrementis impletur. Ea ſunt ſanies quædam bilioſæ, pituitoſæque atque ſeroſæ, quas ſolas trahenti illi tum, ſcilicet cum nutrimento indiget, jecur remittit. Hinc non temere hactenus hoc uſurpatum eſt. Diutius tolerare famem, ventriculum malis, ac putridis replet humoribus, quos attrahit ad ſe loco cibi. Et hoc quidem experientia conſtat. Quando enim jejunamus, tunc per noctem aviditate quadam, ad cibos imitari ſolemus, ſed illis denegatis nullam omnino appetentiam poſtero die percipimus. Unde ſatis liquet ventriculum, & maxime orificium ejus, jamdudum vitioſis [9] humoribus eſſe ple-

---

¶ (9) *Quicumque diutius famem ſubſtulerit, appetitus ſenſationem penitus amittit, non quia humores vitioſi in ſtomaco continentur, cum potius dicendum, omnia alimenta ita digeſta eſſe, ut nil aliud digerendum ſuperſit. Verum quia in maxima ſtomaci inanitione fibrillæ nerveæ reciprocè adteruntur, obſtupefiunt, & ſenſu deſtituuntur unde fames perit. Imo quo diutius etiantur, eo magis torpent ad adpetendum impares. Quamprimum alimenta ingeruntur motus periſtalticus excitatur, ab appoſita reſiſtentia; ſuccus nerveus adfluit, qui antea fere deerat, incipit digeſtio, &*

num, quæ tamen non vera, ſed mendoſa repletio eſt, & ob id pauco aſſumpto cibo regreditur ſtatim appetentia. Cavendum etiam ne cibus aſſumatur, non præunte corporis exercitio. Neque enim temere ab Hipp. 6. epidem. part. 4. Aphoriſ. 28. dictum eſt, πονοιτιτιων ηγειϑωσαν, ideſt: Labores cibos precedant. Nam qui cibus mane, antequam prior deſcenderit, vel paulo ante exercitationem ingeritur, is Galeno lib. 3. capite 1. de cauſis Sympt. teſte, & intempeſtive ſumitur, & cruditatis etiam cauſa exiſtit. In ciborum præterea ratione, quemadmodum in inſtit. Med. l. 2. ſect. 2. capite 7. Leonhartus Fuchſius diligenter admonet, id quoque unice obſervandum, ne illi præpoſtero ordine ingerantur: id quod fiet, ſi concoctu facilia ijs, quæ difficulter concoquuntur, præmittantur [10]: & ſi liquida ſolidis, & aridis, &

---

vivida ſequitur fames. Similiter verum eſt humores indigenos, & præſertim digeſtioni dicatos, in longa inedia corrumpi, & vitiari, quia in ſtomaci inanitione, & abſtinentia, nullo modo renovari poſſunt. Omnes enim humores noſtri motu, & calore in putridum liquamen abeunt, quoties ab alimentis, & a novo recenti chylo non renovantur. Ideo diu jejunantes ſpiritum fœtidum exalant, qui per purgationes, & abſtinentiam nullo modo emendari poteſt, tantummodo per prandium corrigendus.

¶ [10] *Quod prorſus inutile, quia alimenta*

lubricantia aſtringentibus antecedant. Ordo, verbi gratia, præpoſterus erit, ſi cotonea, aut punica mala primum ingerantur, poſtremum autem olera ex garo: Debent etiam ea præmitti, quæ facile, & nullo ferme labore ſubſidunt, ut ſunt liquida: quæ vero tenacius herent & difficulter labuntur, ut ſolida, & arida, poſtremo idque ſi ventriculus naturaliter ſe habeat. Nam ſi cui ventriculus ſit natura laxior, huic perſtiterit adſtringentia magis laxantibus præpoſuiſſe, quo ab illis roboratus ventriculus reliqua melius conficere poſſit. Hæc eadem fere docent Cornelius Celſus lib. 1. capite 2. & Galenus lib. 2. cap. 11. de alimentorum facultatibus. Jam vero cautio etiam ſit, ne in una eademque refectione multi ſimul, & varij [11] aſſumentur

---

non eodem ordine, quo ingeruntur, ventriculo inſident, ſed vix ad eum delata a viribus preſſoris ventriculi miſcentur, & circumaguntur toto digeſtionis tempore, donec fluidiora facta, duodenum ineant. Hoc autem verum eſt, quod non omnia alimenta eodem tempore digeruntur. Fluidiora, & minus cohærentia citius, duriora vero ſerius. Unde accidit quandoque quod peracta digeſtione aliorum, quædam alimenta adhuc indigeſta per ructus ſenſiuntur.

¶ (11) *Si hoc arcanum, & nunquam ſatis laudabile præceptum obſervarent, qui gulæ nimis indulgent, minor eſſet morborum numerus, atque languentium; nec non Medici otioſiores. Omni tem-*

cibi, ac tempus deinde, comedendo ultra quam ſatis eſt, perducatur, præſertim ſi ex diverſis illi conſtent facultatibus. Ex eo autem genere cum primis fuerint cibi variæ ſubſtantiæ, ut exempli cauſa, ab Avicenna ponuntur, carnes, & piſces, vel pulli, & ſuilla, &c. Nam quæ ad iſtum ingeruntur modum, variè corpus pro ſuccorum diverſitate afficiunt, & concoctionem, non, ut par eſt, ſortiuntur. Poſtremo enim accedente cibo, jam primi incepta concoctio eſt, atque ita partes quidem in coquendo redduntur diſſimiles adeo, ut primo loco ingeſtæ, confectæ fere ſint prius, quam ad extremum ſumptæ, medium concoctionis ſuæ attingant: unde ſepenumero poſterius coquendorum ſequitur corruptio. Id quidem Avicenna quoque innuere voluit 3. 1. doct. 2. c. 7. in hanc ferme ſententiam ſcribens. Nihil quidem deterius eſt, quam ſi

---

pore magni momenti fuit ſimplicitas in victu. Ex diverſis, ac varijs alimentis profuſe conditis, & vario modo paratis, omnis humorum diſcraſia funeſtam cauſam recognoſcit. Ventriculi enim vires pro illorum digeſtione non ſufficiunt, neque Bilis, cæterique humores, degeſtioni dicati, eorum acrimoniam delere, & in unam analogam naturam mutare valent. De liquoribus ſpirituoſis, & aromatibus idem dicere poſſumus, per quæ, a fallaci gulæ voluptate decepti quamplurimi, in varios morbos, curatu difficiles, incidunt, quos mors tandem excipit.

multa ſimul ac varia ciborum genera conjungantur, atque juſto longius deinde in comedendo tempus protrahatur. [12] Cum enim poſtremum accedit nutrimentum primum jam aliquo modo, confectum eſt: partes ergo in coquendo non adſimilantur. Atque inde ſane morborum ſcaturigo, qui ex repugnantium ſibi humorum diſcordia naſcuntur. Jam ipſius quoque varius coquendi modus bonæ corporis temperaturæ non parum officit: ut ſi in eadem refectione multi elixi, frixi, & aſſi cibi ſæpius invicem modo liquidi, modo ſolidi, & aridi miniſtrentur. Atque hinc eſt, quod Horatius lib. 2. Serm. Sat. 2. ubi victum frugalem, ac ſimplicem prodignitate laudaſſet, hanc ſaporum condimentorumque acervationem, ut perniciosſam, his verbis deteſtatus ſit.

Accipe nunc, victus tenuis quæ, quantaque ſecum
Adferat. Imprimis valeas bene. Nam variæ res
Ut noceant homini, credas memor illius eſcæ,
Quæ ſimplex olim tibi ſederit: ac ſimul aſſis
Miſcueris elixa ſimul conchylia turdis.
Dulcia ſe in bilem vertent, ſtomachoque tumultum.
Lenta feret pituita. Vides, ut pallidus omnis,

¶ [12] *Præter ſimplicitatem in victu, oportet quamcitiſſime prandium expedire, ne digeſtio forte turbetur in longa comeſtione. Expedit quoque, ut appetitus continuo deleatur, quo caſu minor alimenti quantitas ſufficeret. Satietas enim eſt in directa ratione alimentorum, & inverſa temporis.*

Cœna deſurgat dubia? quin corpus onuſtum
Externis vitijs animum quoque prægravat una,
Atque effigit humo divinæ particulam auræ.

PARI modo & Pl. lib. 11. c. 52. hanc ſaporum acervationem damnavit. Homini, inquiens, cibus utiliſſimus, ſimplex. Acervatio ſaporum peſtifera, & condimenta pernicioſiora. Atqui hic nobis fortaſſe obtrudet quiſpiam, pleroſque ventri, & gulæ mirificè deditus, qui ſeſe a primo ſtatim diluculo ad ſummam uſque noctem multo varioque cibo, & potu non impleānt ſolum, ſed etiam diſtendant, adeoque cibum cibo excipiant, & toti ſint in compotationibus, cum nihil tamen inde mali percipiant, imo vero multis incommodis difficultatibuſque afficiantur, ſi vel minimum ab iſta conſuetudine deflexerint. Huic Galenus quidem reſpondebit, qui in lib. de cibis boni, & mali ſucci cap. 21. ita ſcriptum reliquit. Hæc enim quamvis protinus nullam juvenum corporibus ſenſibilem læſionem inferant, ſenſim tamen, occulteque creſcente vitio cum jam ætas progreſſu temporis inclinarit, articulos, nervoſque, & viſcera, ii morbi vexant, qui vel difficulter admodum, vel omnino tolli non poſſunt, neque id quidem temere: namque ea pars corporis, que natura imbecilliſſima eſt, a lædente quodlibet patitur. Quod autem vitioſi humores morbique gignantur, cruditas aſſidua in cauſa maximè eſt, ſive ea ex boni, ſive ex mali ſucci oriatur cibis. Quin Avicen. quoque 3. 1. doct. 2. cap. 7. idem confirmans ſic ferme inquit: Ille, cui mala nutrimenta concoquuntur, non gaudeat ex hoc. No-

xa enim etſi ad tempus fortaſſe deliteſcit, temporis tamen ſucceſſu ſeſe exerit, & graviſſimam, certiſſimamque neglectæ artis medicæ pœnam adfert. Atque hinc adeo pauci eorum, qui juſtum vivendi modum ſectantur, deſtinatam ſenectutis metam contingunt, ſed crudis ex intemperantia acervatis ſuccis, podagra, calculo, lepra, carcinomate, febribus, alijsque id genus malis prius torti, vitam cum morte commutant. Præſtat igitur, ut diſerte a Fuchſio noſtro ſcribitur, temperantia, & parcitate animum, corpuſque vegetum, ac ſanum ſervare, quam crapula, crebriſque compotationibus, & immoderatione infirmum, morboſum, Deoque, & hominibus odioſum reddere. Ac ne illud quidem ſilentio prætereundum hoc loco, quod pro tracta ad unam fere horam mora, ac juſtæ commanducationis & deglutitionis gratia comeſtioni interpoſita, non laudabilis modo, ſed ad tuendam etiam valetudinem utiliſſima cenſeatur. Cibus enim qui exacte dentibus manditur, [13] extenuatur, & molitur, ac ſenſim

---

¶ (13) *Verum requiſita ciborum in ore trituratio negligenda non eſt, quæ facilius digeſtionem in reliquis viſceribus expedit. Inter humores, qui ad digeſtionem concurrunt, ſuum habet locum ſaliva, quæ optime cibis commixta, eorum caracteres delere incipit. Si panem diutius manderis, & plus juſto in ore retinueris, priſtinum ſaporem gradatim amittes. Hæc mutatio ſalivæ debetur, quæ ita partes dividit, & attenuat, ut, mutato eorum paralleliſmo, etiam ſaporem mutet.*

deinde atque tarde deglutitur, etſi imperfectam, ac modicam omnino, aliquam tamen, ut in ſuo genere æſtimandum alterationem in ore conſequitur, quemadmodum lib. 3. cap. 7. de natural. facul. Gal. & Avicennæ 11. doct. 4. cap. 2. vitium eſt. Cæterum imperfecta comanducatio, ut concoctioni contumax eſt, ita etiam horrorem quendam, & inſuavitatem adferens, ciborum appetentiam avertit (14). Mora vero quæ inter edendum, multis ultro citroque ſermonibus, collocutionibuſque interpoſitis, ad duas, vel tres horas protrahitur, admodum noxia eſt, eaque nocumenta hactenus enumerata ſequuntur.

Ultimus verſus in quibuſdam Exemplaribus hoc etiam modo legitur.

Hæc ſint ſigna tibi, ſubtilis in ore ſaliva.

¶ (14) *Plus ſtomacum implet, quam famem avertit, dummodo corruptelam non faciat. Alimenta enim, ut famem tollere poſſint, & corpus nutrire, oportet, ut optime comminuantur, quo facto chylus concoctior, & fluidior elicitur, ſtatim in ſanguinem mutabilis, & inde in omnes reliquos humores, ac nutritionem. Alimenta tenuvia, ut juſcula carnium, carnes ipſæ juniores, lac, & alia hujuſmodi, ſatis comode nutriunt, & ſimul facillime, digeruntur, licet ſtomacum parum impleant. Exemplum a lientericis ſumitur, licet in ſtatu morboſo, qui, quia alimenta indigeſta excernunt, nunquam nutriuntur, & licet ſatis ingerant, famelici ſemper ſunt.*

NEC male quidem. Nam ſaliva (15) quæ ſubtilis & nulla qualitate infecta, ſed per inde qua ſi aquoſa guſtui offertur, tum coctionis, tum abſolute ſanitatis etiam indicia oſtendit, Gal. lib. 3. c. 6. de locis affectis teſte.

CAP. VII.

DE MELANCHOLICIS, ET VITANDIS CIBIS.

PErſica, poma, pyra, & lac, caſeus, & caro ſalſa.
Et caro cervina, & leporina, bovina caprina:
Atra hæc bile nocent, ſuntque infirmis inimica.

¶ (15) *Melius quam dixta. Omnes humores noſtri acriores, & ſubtiliores fiunt a nimia ciborum abſtinentia, vide n. 9. hujus capit. Saliva enim, præ cæteris, prima hoc vitium concipit, etiam quia a crebiori oris motu in loquendo, & reſpirando acerrima, & ſubtilis evadit, atque ad excretionem uberius promovetur. Vid. Boerhav. Tom. prim. pag. 95. Paragr. 66.* de ſaliv. eſurientibus copioſior, fluidior, acrior, diu jejunantibus valde acris.

HIC recenſentur decem ciborum genera, quæ ſanguinem ſeroſum & Melancholicum efficiunt, adeoque infirmis nocent.

PRIMUM, perſica de quibus lib. 2. c. 19. de aliment. facult. diſerte ita Galenus ſcribit: Ipſorum ſuccus, & veluti caro facile corrumpitur, [1] pravaque omnino eſt. Quo circa [quod quidam facere ſolent] non ſunt poſt alios cibos mandenda: corrumpuntur enim in ſuperficie natantia, (2) ſed in omnibus, quæ

¶ (1) *Neſcio qua ratione Vir ille eximius Galenus hujuſmodi fructus corrumpi poſſe crediderit, ac in eadem claſſe cum carne locaverit, cum potius illos in acidum, carnem vero in alkali, ſive putridum abire experientia, & ratio oſtendat. Dum enim aceſcunt, omni putredini, omnibuſque alimentis, quæ corrumpuntur, mirabiliter reſiſtunt. Neque quia ventrem ſolvunt, ideo putreſcunt, cum ab humiditate, & a quadam vi eccopretica hoc recognoſcendum ſit. Uſus eorum excedens digeſtionem turbat, & enervat, nam ob aciditatem quam continent, bilem infringunt, cui digeſtionis opus in primis debetur, nec non omnium alimentorum commixtio; & in unam naturam reductio. Ideo tempore æſtivo, & autumnali epidemicæ ut plurimum dyſenteriæ graſſare ſolent.*

¶ [2] *Alibi dictum eſt omnia alimenta ita in ſtomaco miſceri a vi muſculari, ut ſimul in unam maſſam confundantur. Verumtamen ea, quæ minori digeſtione indigent, præ cæteris per Pilorum*

parvi quidem ſunt ſucci, verum humida ſunt ac lubrica, & quæ ſubduci facile queant. id communiter tenendum; ea ob hoc ipſum ante alios cibos eſſe ſumenda. Ita enim fiet, ut & citius ſubducantur, & aliis cibis viam muniant. Quæ ſi ſumpta poſtrema fuerint, una ſecum alia quoque corrumpent. Atque inde ſane patet, hoc dictum de iis intelligendum perſicis, quæ matura poſt alios cibos ultima eduntur. Præſumpta enim ſtomacho conferunt, ventrem leniunt, & ciborum appetentiam [3] præſtant. Dioſcorides etiam lib. 1. cap. 128. idem teſtatur in eum modum ſcribens. Perſica matura tam ſtomacho, quod ventri utilia ſunt. Acerba (4)

---

tranſeunt, ut de Perſicis verificatur, quæ ob partium minorem cohæſionem, humore turgentium, citiſſime ſolvuntur, & non ſolum per ſtomacum, & inteſtina, ſed per vaſa lactea, & arterias ſanguiferas ſibi viam expediunt, unde per diureſim excernuntur. Ideo præſtant in ſcorbutica adfectione, ab alkali ſpontaneo; atque Hypocondriacis purgantium vices gerunt, quia ventrem leniter ſolvunt.

¶ (3) *Uti omnia acida ſolent, quæ fibras vellicando earum elater intendunt, & ſenſum acuunt; nec non humores digeſtioni dicatos, temperant, ne forte putreſcant. Curandum vero, ne forte nimis Bilis efficaciam diluant. Vid. ſupr. n. primo.*

¶ [4] *Quia adhuc ſalubri humore carent, quem non niſi, ad ultimum maturationis gradum ere-*

alvum cohibent, ſed ſicca, vehementius. Decoctum e ſiccis, a vi ſtomachique fluxiones ſiſtit. Simeon quoque Sethi de perſicis hæc refert. Perſica, inquit, quidam in tertio ordine refrigerantium humectantiumque poſuerunt, alij in primo, alii vero in ſecundo, quod etiam certius eſt. Phlegma generant, non facile concoquntur, celerrime in ventriculo corrumpuntur: propterea qui crebrius ad ſatietatem his utuntur, in febres (5) incidunt: lædunt & nervos proprietate quadam. Oporret vero hæc ante cætera cibaria aſſumere, & ſuper his meracum bibere. Quæ ex his matura ſunt, ventrem ducunt: immatura contra

---

ctæ, acquirunt: Ideo difficilè digeruntur, etiam ob majorem partium cohærentiam, quam maturitas ſolvit. Non enim acidæ ſunt, ſed amariſſimæ, & ſtipticæ, unde cruditates, obſtructiones, & chloroſim, præſertim in virginibus, producunt, quæ peculiari genio eis indulgent.

(5) *In temperamentis phlegmaticis, ob Bilis inopiam, majorem lentorem gignit, & cruditates: unde Febres lentæ, longæ, & curatu difficiles. Non autem putridæ, quarum fames ab acido, omnibuſque aceſcentibus extinguitur, vel ſaltem corrigitur. A temperamenti diverſitate factum eſt, hos fructus nunc juvare, nunc vero nocere. Nam bilioſi ab illis magnum levamen percipiunt, quia nimium calorem, & acrimoniam alcalinam temperant. Phlegmatici e contra, propter Bilem parciorem, eorum uſum ægre ferunt, indigent enim*

ſiſtunt, eoque efficacius ſicca. Foliorum ſuccus in potu ſumptus, lumbricos ventri perimit: idem perficit, ſi cum folijs umbilico apponatur. Suſcitant quoque ciborum appetentiam perſica, profunt & inflammato ventriculo, & genitali ſemini adijciunt, ſeroſum tamen ſanguinem parant: ſæpiuſque poſt unum vel alterum menſem ob putredinem febres tum longiores, tum etiam difficulter ſolubiles gignunt.

Illud etiam obſervare oportet, ne ſuper hæc aqua bibatur. His amplius addit Pl. Valerianus, l. 43. c. de re med. perſicorum folijs ſiccis, & in pulverem redactis, plagas cruentorum vulnerum claudi, [6]

---

alimentis, quæ acido, quod in eis præſtat, ſunt oppoſita. Ex his omnibus clare liquet, meracum *vinum ſuperbibere, idem eſſet, ac acidum excitare, cum jam ex ſua natura hujuſmodi fructus in acidum convertantur. Convenit vero aqua frigida, quæ illos ſolvere valet pro comodiori digeſtione; ſimiliter ne gluten in ventriculo generetur, quod aqua mirabiliter avertit. Phlegmaticis liquores ſpirituoſi a vino eliciti, ſive quodvis alkool præſtare videtur ad omnem aceſcentiam avertendam.*

¶ *(6) Non ſine ratione foliis vis vulneraria tribuitur, ſive ob ſtipticam quandam virtutem, quam cum Cortice peruviano comunem habet, ſive ob principium acidum, quod continet, non repugnat plagas cruentas, vel purulentas curare poſſe. Chirurgi enim ſatis clare norunt ulcera per ſtiptica medicamenta facilius conſolidari.*

quam facultatem Serapion ipſis etiam perſicis ſiccis attribuit. Quanquam autem perſica jam dictis viribus prædita ſunt, quia tamen humor inde genitus facile corrumpitur & putreſcit, noxia ſunt infirmis, & maxime ſi præpoſtero ordine ac intempeſtive ſumantur. Infra cap. 42.

SECUNDUM, poma ſive mala: In quibus, auctore Simeone Sethi, multa differentia (7) eſt: quæcumque enim adſtringunt, frigidum habent & terreum ſuccum. Quæ acria ſunt, frigidum quidem verum tenue illum habent. Medij autem temperamenti ſunt dulcia, que ad caliditatem magis vergunt. Omnia certè quadam peculiari proprietate nervis nocent: nocent & quæ matura non ſunt. Dicuntur & lapidem ſeu calculum [8] gignere ijs, qui ad ſatietatem ipſis

---

¶ [7] *Quædam dulcia ſunt, quædam vero acida, utraque plus, minuſque ventrem emolliunt, & lubricant. Immatura vero adſtringunt. Vide eodem Cap. n. 4. Cæterum nulla vis ni illis detecta fuit neque ſtupefaciendi, neque convellendi, quæ nervos afficere poſſit.*

¶ [8] *Innotuit tandem lapidum recondita olim cauſa. Elementa enim eorum ſunt partes ſolidæ a vaſorum tunicis, aliiſque per vim avulſæ propter adtritum, quem ſanguis circulando inter ſuos globulos, & vaſorum parietes, excitat, præſertim ſi tales globuli quamdam ſcabroſitatem acquiſiverint, mutata jam mechanica figura, a victu animali aromatico, acri, ſalino, vel potu auſtero,*

utuntur. Verum ut illa ſunt ad λυποτομιας ideſt animalis deliquia, & cordis debilitatem. Spiritum quoque flatulentum in ſecunda concoctione generant eoque infirmis nocent, ſicuti de pyris mox dicetur: Et hoc de crudis maximè intelligendum eſt. Neque vero ab his ſolum fructibus, ſed ab omnibus etiam, quæ ſanguinem ſeroſo, ac ebulliente ſucco replent, ægrotos abſtinere convenit. Ejuſmodi plane ſunt recentes, & que ante perfectam maturitatem eduntur, cum enim humidius alimentum, ob idque excrementoſius præbeant, non ſecus in corpore humano fervent, & ebulliunt, (9) atque vinum, quod nuper

---

ſpirituoſo, *alkalino*, *acido*, *aliiſque ſimilibus*. *Vid. tom. 6. prælect. academ. Boerhaav. pag.* 42. §. 725. Peccat particula humoris ſua figura cum in primis, quando a natura ſphærica recedens angulosſam acutam induit &c. *Hujuſmodi enim morbi per medicamenta pharmaceutica nullo modo curari poſſunt, quæ, paucis exceptis, majorem acrimoniam inducunt, niſi Prophylaxis victum tenuem. & vegetabilem comprehendens, inſtituatur, uti lac recens, omnes fructus horæos, & ſimilia quae iterum ſanguini, & humoribus naturales dotes, & lenem figuram conciliando, omnem adtritum tollunt, vel ſaltem minuunt, atque arenularum productiones impediunt. Obſervatum eſt in Praxi ſub ſtrictiſſima lactis dieta mictum cruentum, cum arenulis, & calculis, feliciter ceſſiſſe.*

¶ [9] *Nemo adhuc in fructibus acidis ebullitionem vidit, præter naturalem degenerationem,*

ex

ex fructibus vel uvis expreſſum eſt, in dolijs, & hoc quidem ob caliditatem ipſis a Sole, cum matureſcerent, ingenitam, quemadmodum lib. 4. c. 3. de uſu partium Galenus atteſtatur. Et hoc certe Avicen. 3. 1. doc. 2. c. 7. teſte, commune eſt omnibus cibarijs, quæ ſanguinem ſeroſo ſucco implent. Porro, & ſi vero hoc interim ſpatio, quo manduntur, humectent; ob ſucci tamen ebullitionem, prompte in ventriculo corrumpuntur, & ſanguini putrido gignendo accommodatiſſimi ſunt, qua de cauſa non temere Avic. 1. 4. trac. 2. c. 7. fructus recentes omnes, febricitantibus interdixit. Plura Galenus lib. 12. cap. 21. de alimen. facul. & infra, cap. 39.

TERTIUM Pyra, quæ ſane, perinde ut & alij fructus recentes, ac crudi: communiter hoc poſſident, ut ſeroſo ebullienteque ſucco ſanguinem expleant, eumque putrefactioni (10) obno-

quæ aliquando maturitatem ſequitur, aliquando etiam immaturis accidit, tum ab externa cauſa, uti a contuſione; tum ab interna partium prædiſpoſitione. Contriti vero, & vaſe clauſi ſola quiete aceſcunt. Illi vero, qui ſpiritus continent, uti ceraſæ nigræ, & uvæ ferè omnes, eodem modo contriti, fermentant, & lapſu temporis, alkool per diſtillationem exhibent. Verum ſub viribus digeſtionis omnis efferveſcentia ſilet; in ſtomaco debilioribus, venter aere elaſtico tumet, a digeſtione ſuperſtite; qui tandem per ructus diſcutitur.

¶ [10] *Sanguis, uti aliquando reliqui huma-*

xium reddant: quo fit, ut eorum cibus. Plin. lib. 22. cap. 7. teſte, non ægrotis ſolum, ſed valentibus etiam oneroſus ſit. Inflationes quoque excitant, & ob id crebrius uſitata colicos (11) affectus ſuſcitant. Sed innoxia fiunt, ſi una cum carminativis vulgo dictis, hoc eſt, calefacientibus, tenuantibus, & flatum expellentibus comedantur, vel ſuper his vinum vetus, & odoratum bibatur. Quod Galenus lib. 1. c. 26. de alimen. facul. palam etiam ita ſcribens confirmat. Quicquid omnibus cibariis ineſt flatulentum, id per calfacientia & tenuantia corrigitur. Pyris præterea ea facultas ineſt, ut inter cæteros fructus, quam maxime impinguent, quare ſues ipſorum eſu, magis quam quorumlibet aliorum fructuum pingueſcunt. Laudatiora ſunt odorata, & dulcia, & ex ipſis cocta, (12), quam cruda

---

res, putreſcunt a nimio calore, vel adtritu, propter lynphæ neceſſariæ defectum, quæ globulorum rubrorum contactum minuit, & circulationem facilitat. Quoties enim ejus defectui aqua ſuppleat, vel cum majori efficacia tales fructus, avertitur putrefactio, etiam propter aciditatem, quæ in illis præſtat.

¶ (11) *Superius probatum eſt, hos fructus, humores a corruptione ſervare, & ventrem emollire; nec non dyureſim blande ciere: Vid. c. 7. n. 1. Sunt ergo antidotum contra has adfectiones.*

¶ (12) *Amittunt omnino humorem illum a vegetatione acquiſitum, in quo omnes dotes, &*

meliora. Coquenda vero cum fœniculo, aniſo, ſaccharo. Infra cap. 13. & 39.

QUARTUM, lac: hoc enim facile corrumpitur, inque nidorem aciditatemve in impuro ventriculo tranſit. Quapropter putrida febre correptis exhibendum non eſt, quia plurimo calori converſatum, in nidorem ſtatim abit. Huc accedit, quod in ventriculo febricitantium haud concoquatur, ſed potius corrumpitur, adeoque febres auget (13). Caput quoque dolentibus ma-

---

facultates diluendi, & temperandi acrimoniam, conſiſtunt. Supereſt tantum fatuus ſapor in reliquo glutine, quod, ſtomacum pervadens, nerveas fibrillas obtundit, & nauſeam infert, nec non digeſtionem enervat.

¶ [13] *Quoad lactis uſum nonnulla ſunt animadvertenda. In febre putrida, in qua omnia viſcera digeſtioni dicata, labefactata ſunt, & humores pro eodem munere omnino degeneres cum magno apparatu plenitudinis in primis viis, lac exhibere magnus error eſt. Primo quia in hujuſce febribus evacuantia conveniunt, & omnia quæ fibrarum robur augent, & conſervant, quod a lacte quoviſmodo exhibito, nequit obtineri, licet ut plurimum ventrem ſolvat, quod evenit, quia cum nequeat ipſe digeri, una cum infarctu viſcerum, plenitudinem auget, & morbi cauſam, unde dejectiones pariter* augentur. *Verum poſt coctionem, & interna cauſa educta, ad calorem temperandum, & vires erigendas, liberius conceditur, eo magis ſi*

lum eſt, quod confirmat Galen. qui lib. 3. de alimen. facul. c. 14. lac capiti, niſi quis ipſum

---

frigidum fuerit, aqua dilutum, & addito tantillo aceti generoſi ad humores corrigendos, qui in hac febre vergunt in corruptionem. Ubi vero agitur de Febre maligna ardenti, ſynoco, petechiali, aliiſque, dummodo viſcerum infarctus non obſtet, arcanum eſt medicamentum. In Peripneumonia, & Pleuritide præſtat ſummopere, prudenti manu exhibitum, nam inflammationem ſolvit, calorem temperat, expectorationes promovet mirabiliter, tuſſim, & dolorem ſedat. In morbis cronicis, ſcorbuto alcalino, muriatico, Febre hectica, artritide, reumatiſmo, atque in quavis alia dyſcraſia cum felici ſucceſſu præſertim ſub forma dietæ. In obſtructionibus, cum ſimplicibus, tum ab organica mutatione; In abſceſſibus internis, in ſcyrrhis, qui, etſi curari non poſſint, ſaltem ſub lactis uſu ad longævitatem ſilent. Vulgus autem ignarns, niſi aliquando, & ipſi Medici, divinum hoc medicamentum horrent, credentes nullo modo digeri poſſe, vel vilipendunt, quia magno prætio a Farmaceuticis non emitur, & a Chemicorum officinis paucis non ſtillat guttis. Digeritur vero lac facillime, tum quia ejus partes illam non habent coherentiam, quam reliqua firmiora alimenta; tum quia eſt chylo analogum, niſi prorſus ſimile, quod ulterius a viſceribus parari nequit, cum ſit antea paratum, & fortaſſe meliori modo. Simplicitate ſua, qua-

habeat admodum firmum, non eſſe accommodum, tradit. Cujus rei cauſa, alia non eſt; quam quod lac ſit nidoroſum, ac facile evaporet: caputque petat, adeoque dolorem augeat. Nocet præterea ſitibundis, & alijs nonnullis; de quibus Hippocrates aphor. 64. lib. 5. & ibidem Galenus. In phthiſi tamen, hectica, & alijs quibuſdam paſſionibus, ut Hippocrates, loco iam citato autor eſt, utiliſſime conceditur; Qua de re copioſius infra c. 34. Quanquam autem lac infirmis ex uſu non ſit, in ſanis tamen, ad bonos humores gignendos, ex ijs præſertim animalibus, quæ bono corporis habitu ſunt, probatiſſimum habetur. Et hoc quidem ſi in ventriculo, & hepate perfecte concoquatur. Tunc enim mordaces ſuccos, quoſcunque invenerit, expurgat, qua de cauſa in urinæ difficultate, & acri egeſtione alvi, non ſolum bibere conducit, ſed etiam inferne per clyſterem infundere. Ad acres enim, & mordaces fluxiones commodiſſimum eſt, non ſolum abluens ipſas de partibus

---

tenus a vegetabilibus elicitum, a quacumque diſcraſia præſervari poteſt non ſolum, ſed omnem humorum acrimoniam emendare, quia ab ea nunquam poteſt in ejus natura commutari, eo quod ei ſit prorſus adverſum. Nam omnes acrimoniæ, quæ in humano corpore reperiuntur, vergunt ad alkali, quidquid de acido ſcorbuto dici poſſit; ideo a lacte, quod ad acidum inclinat temperari poſſunt.

infeſtatis, atque hoc per exterſoriam humiditatem, quam in feroſa ſui parte complectitur, ſed etiam craſſitie, ac pinguedine ſua, corporibus oblitum, ac inductum, non ſinit influxum acrem nudis ipſis allabi. Ad pulmonis itaque ac inteſtinorum ulcera, item renum, veſicæ, ac uteri, & ad papularum eruptiones, & furunculos, & alias cutis aſperitates convenientiſſimum eſt in potu, adeoque cutem ipſam pulchram, ac nitidam reddit. Ad hæc lancinamenta ex veneni potione, & quæ in urinæ meatu fiunt, compeſcit. Item ad eos qui cantharidas hauſerunt, aut bupreſtin, & in ſumma ad medicamenta erodentia, ac exulcerantia, & ad hyoſcyamum, velut peculiare remedium eſt. Nam ſtatim reſipiſcere affectos facit. Cæterum in gutturis exulcerationibus, quæ cum alias ob cauſas multas, tum ex anginis fiunt, & his, qui ephemerum ſumpſerunt, lac gargariſare conducit. Corporibus præterea temperatis, quorum ventriculis nihil bilioſi, & phlegmatici humoris inſidet, utiliſſimum habetur. His enim, bene concoctum multum nutrimenti ſummittit, probum ſuccum generat, bonam carnem, longe meliorem reddit, & corpus convenienter humectat. Hoc tamen in primis cavere debet, qui lac bibere voluerit, ut interim a reliquis cibis, ac potibus abſtineat, donec concoctum ſit, ac ſeceſſerit. Si enim ante eius concoctionem alium cibum, quis ſumat, neceſſe eſt, & ipſum lac corrumpi, & cibum qui ſuper ingeſtus eſt. Præſtat autem mane bibere recens mulctum, & tunc plures labo-

res detrahere, quietè, ac ſenſim ambulare, & interim ceſſare, citra ſomni admiſſionem. Qui enim hoc modo ſe geſſerit, potum lac excernet, idque inutilia ſecum educet. Opus eſt enim ſi quid aliud, primum acceptum ſecedere, quo facto aliud bibere. Principio igitur ſecedit alvo commode purgans, non totam corporis molem, ſed quæ in alvo, & inteſtinis ſunt, partibuſque vicinis. Poſt hæc in venas defertur, optimeque nutrit, & non amplius ſecedit, ſed ventrem ſiſtit. Corporibus vero diſtemperatis infeſtum inimicumque eſt. In calidioribus enim citò in nidorem, atque bilem; in frigidioribus vero in aciditatem, & putredinem commutatur. Circa electionem denique lactis ſciendum, pro ipſorum animalium ſpecie, haud parvam eſſe differentiam. Bonum namque lac craſſiſſimum, ac pinguiſſimum, & concoctu difficile eſt, & ob id in ventriculo in flatus vertitur, venarumque obſtructionem parit. Liquidiſſimum autem, ac minime pingue eſt camelorum, mox equorum, deinde aſinarum, mediæ autem conſiſtentiæ eſt caprarum, hoc craſſius ovium. Lac igitur caprarum, cum inter cætera lactis genera moderate ſe habeat, neque pingue admodum, neque craſſum ſit, merito in victus ſalubris ratione præfertur. Quin & caprarum inter ſe invicemque collatarum, & ſecundum anni tempora, non parva differentia eſt. Earum enim, quæ modo pepererunt, lac liquidiſſimum, ſed temporis progreſſu magis ſemper, ac magis incraſſeſcit. Æſtate vero media, ipſum etiam in

medio ſuæ naturæ conſiſtit, poſt id tempus ſenſim iam incraſſeſcit quod penitus deficiat. Vere autem, ut liquidiſſimum, ita etiam copioſiſſimum eſt. Quo fit, ut eligendum ſit lac caprarum, non quidem prægnantium, ſed enixarum, quæ tamen, quod ad partum ipſum attinet, mediocriter ſe habeant, hoc eſt, quæ neque nuper enixæ ſint, neque multum a partu receſſerint: hoc interim non neglecto, ut ipſis etiam alimenta propria affatim ſuppetant. Ac ne illud quidem ſilentio prætereundum hoc loco, quod etiam lac caprinum, ſine melle ſumptum, haud citra periculum ſit, pleriſque enim, qui purum illud hauſerunt, coctum eſt in ventriculo in ſpeciem caſei: quod quidem cum accidit, mirum eſt, quam aggravet hominem, ac ſtrangulet. Ob eam cauſam, lac, ubi ſumunt nonnulli, ne in ventriculo coaguletur, mellis, aquæ, & ſalis non nihil admiſcent. Atque hæc quidem hoc loco de lacte ſufficiant. Plura Galenus lib. 3. c. 14. de alimen. facul. & l. 10. c. 7. de medic. ſimpl. facul. & in lib. de cibis boni, & mali ſucci cap. 6. Oribaſius lib. 4. Sinopſeos ad Euſtachium c. 12. 18. & 40. Paulus lib. 1. c. 86. & 87. Aetius lib. 2. c. 9. & 93.

QUINTUM, Caſeus: quod quidem cum in omni caſeorum genere, tum de inveterato cum primis intelligendum eſt. Hic enim ob coaguli, & ſalis, dum præpararetur, iniectionem, temporis progreſſu acrimoniam (14) aſſumpſit, hu-

¶ (14) *Licet caſeus ab origine ſua aceſcat;*

miditatemque omnem depoſuit, quare ſeipſo etiam acrior, & manifeſtè calidior, atque ardentior evaſit, & ob id ipſum peioris quoque & craſſioris ſucci, & ægrius concoctilis effectus eſt: præſumptorum quidem concoctionem adiuvat [15] certe, ſed ipſe difficilius concoquitur: Unde vulgo dici ſolet.

Caſeus eſt nequam, quia concoquit omnia, ſe quam.

Nutrimentum habet exile, ſtomacho nocet, & ubi forte fortuna in corpore ſupercalefactus fuerit, quemadmodum diſertè Galenus lib. 3. cap. *6.* de l. affect. ſcribit, facile melancholicum humorem parit: recens flatuoſus quidem

---

temporis autem progreſſu ob inſignem quantitatem bütiri, quod continet, in alkali acre ſatis, & penetrans commutatur. Pars enim butiracea, cum caſea fermentando, hanc parit mutationem, licet ipſa in rancidum abire ſoleat. Ranceſcit autem quoties ſuperat caſeum propria quantitate, & ingratiſſimum exalat odorem, vel quando in loco calido aſſervatur. Ideo ejus uſus evitandus eſt, vel ſaltem expèdit, ut ſit moderatus, vel minus auſterus, & recentior eſt eligendus.

¶ (15) *Ob acrimoniam acrem, & ſatis hauſteram alimentorum ſolutionem facilitat ad inſtar aromatum. Ipſe autem acrimoniam ſuam nullo modo deponit, quia adverſus eam vires ventriculi non ſufficiunt, & multo minus humores: extinguitur facillime, potu vini generoſi, vel ſaltem enervatur.*

minus eſt, ſed ventrem magis, magiſque ſiticuloſus, & flatuoſus eſt, nec ad calculorum in renibus procreationem minus exiſtit noxius. Deterrimum præterea edulium eſt ijs, quemadmodum hoc ipſum Hippocrates lib. 4. de vict. rat. in morbis acut. aph. 92. clariſſime oſtendit, qui ſe potu repleverunt. Gravat quidem os ventris, primumque corrumpitur, & alia deinceps ſecum corrumpit (16). Fugiendus igitur eſt eiuſmodi, ut qui nihil conferat, neque ad concoctionem, neque ad diſtributionem, neque ad movendam urinam, neque ad ventris deiectionem, ceu utique, nec ad ſucci probitatem. Porro recens, ac mollis caſeus, frigidi, humidique temperamenti eſt, & duro, ſiccoque, flatuoſior exiſtit, ſed eo minus adſtringit, minuſque craſſi ſucci eſt, nihilominus tamen ægre conficitur, obſtruitque, & calculos gignit. At vero qui inter utrumque, recentem nimirum, & inveteratum, glutinoſum, & friabilem, durum, ac mollem, rarum, laxumve, & valide denſum, coactumve medius exiſtit, quique dulcedine nonnulla participat, modiceque ſalſus eſt, neque lacrymas, cum inciditur, profundit, neque tardius alvo ſecedit, ſed odore, & ſapore

¶ (16) *Quod eſſet contrarium antedictis. Infeſtat potius reliqua alimenta quibus miſcetur, ita ut, ipſe ſolus in ſtomaco indigeſtus ſentiatur, & alia occupet, etiam ſi indigeſta fuerint: Ejus abuſus ſcorbuti alkalini funeſtiſſima cauſa.*

jucundus, moderatèque pinguis eſt, atque ex bono lacte pulcherrimè elaboratus, is utique reliquis omnibus longè multumque præſtat. Verum poſt alios cibos ultimo loco, & exigua plane copia, ingerendus eſt, alioquin, & ipſe, nihilo ſecus, ac reliqui caſei, ventriculum gravat, coctionem impedit, alvum cohibet, craſſos humores, atque flatus in corpore, lapidemque in renibus parit. Solus igitur.

Caſeus ille bonus, quem dat avara manus.

Plura de hoc apud Galenum lib. 3. c. 16. de alimen. facul. & lib. 10. c. 9. de ſimp. med. facul. in lib. de cibis boni, & mali ſucci cap. 6. Paulum lib. 1. cap. 89. & Aetium lib. 3. cap. 101.

SEXTUM, Caro ſalſa. Caro enim ſale condita, atque Sole deinde, aut vento, ſive fumo exarefacta, cuiuſcumque ea generis, vel animalis fuerit, ſubſtantia cum duriore, tum ad coquendum etiam difficiliore conſtat, & tardius permeat. Alimentum quoque corpori præbet exiguum (17) & mali ſucci, ideoque ſanguis in-

---

¶ [17] *Caro uti eſt in ſe multum alimenti corpori præberet, quoties digeretur integre a viribus ſtomaci: Sed quia vis digerens, minor eſt reſiſtentia carnis digerendæ: Ideo dicere poſſumus, exiguum nutrimentum præbere. E contra quia caro exiccata diutius, quam alia alimenta, in ſtomaco perdurat, quia ob partium maiorem cobeſionem, maiori indiget digeſtione, quo tempore, & ſatie-*

de generatus craſſus exiſtit, atque melancholicus, ac perinde, ſi frequens eius uſus fuerit, non ſolum infirmis, verumetiam ſanis officit, quemadmodum idipſum ex Galeni lib. 3. cap. 6. de loc. affect. & comm. 18. lib. 2. aph. & poſt eum ex Avicen. 2. 1. doct. 1. in fine capitis 15. aperte colligitur.

SEPTIMUM, caro cervina: cui & ipſi ſane cum omnibus duris, & ſiccioribus carnibus, hoc commune eſt; ut ſuccum vitioſum, concoctu

---

tatem longiorem facit, &, tandem digeſtâ, maius nutrimentum corpori adponit. Generaliter autem loquendo, alimenta, quae longiorem digeſtionem requirunt, plus materiae ſolidae habent; quam quae facile digeruntur, & licet ſerius digerantur, uberrimum tamen nutrimentum exhibent, quod de carne exiccata prae caeteris verificatur. Qui vitam laboribus exercent, ab huiuſmodi carne, bene ſe habent, & vires, & corpus aliunt, quia eam integrè digerunt ob motum muſculorum, qui digeſtioni ſatis opitulatur. Literati vero, ſedentarii, & valetudinarii, non ſolum ab ea non nutriuntur, quia ut plurimum, nullo modo eam digerunt, & fere integram egerunt, ſed etiam Anxietate, Cardialgia, Diarrhœa, aliiſque vexantur. Quamobrem ſanguis, & humores a carne exiccata eliciti, craſſi ſunt, & melanconici. Viget enim in earum partibus, eadem cohæſio, practerpropter, ac in ipſa carne, licet per digeſtionis vires, & ſanguificationem iam ſatis adtenuatis.

difficilem, ac melancholicum generet. Id quod Galenus in l. de renum aff. dignoſc., & medic. cap. 26. clariſſime oſtendit. Cervinam, inquit, carnem vitabis, quippe quæ dura ſit, concoctu difficilis, & melancholica. De ea hoc amplius Simeon Sethi ſcribit: unice cavendum ne quis carne veſcatur cervorum, qui per æſtatem capiuntur, quod eo nimirum tempore viperas ſæpe, & ſerpentes devorent, [18] atque ideo ſitibundi admodum fiant. Attamen, cum naturæ inſtinctu edocti, noverint ſibi futurum exitio, ſi ante illorum concoctionem aquam hauſerint, fortiter ſitim tollerant, eaque incenduntur. Cervorum igitur carnes, eo anni tempore venenoſæ, ac valde noxiæ ſunt: & idcirco obſervandum, ne quis eis per æſtatem veſcatur. At vero hyeme tutius ſumuntur, meliuſque ab innato calore ſuperantur. Niſi enim probè concoquantur, craſſum humorem generant, iecurque

---

¶ (18) *Non videtur probabile Cervos, qui Animalia prorſus herbivora ſunt, reptilia comedere, & inde a potu longe abſtinere, gnari fortaſſe talia alimenta in corruptionem abire cum aquæ potione, vino autem perfecte digeri. Potius vero credendum, tempore æſtivo aqua carere, exiccatis fluminibus, & fontibus a calore ſolis, unde eorum carnes ab aquæ penuria, & inſolatione calefactæ, ſi fortè comedantur, in putridum liquamen convertentur. Præterea ſunt ſatis duræ, & grato deſtitutæ ſapore.*

& ſplenem obſepiunt, obſtruuntque. Quinetiam corpus tremulum, atque infirmum evadere ex frequenti, & immoderato eius uſu traditur.

OCTAVUM, caro leporina: Hanc Paulus Pſellus, & Rhazes, inter cibaria atram bilem gignentia connumerant. Simeon Sethi, quaſi colligens, quæcumque a veteribus dicta erant, in hunc modum de ea ſcribit: Leporum carnes, his qui exiccare [19] corpus volunt, ſunt valde utiles. Qui vero temperatura ſunt ſicciore, minus conferunt; ſanguinem enim craſſarum partium, & malancholicum gignunt alvum cohibent, & urinam proritant. Quod ſi tamen probè concoctæ fuerint, non omnino male nu-

---

¶ (19) *Non video quomodo carnes leporinæ corpus exiccare poſſint, dum uti reliquæ carnes magnam nutrimenti quantitatem in ſe continent, quod in ſanis præcipue, in propriam naturam, digeſtionis ope, poteſt adaptari. Nocent fortaſſe ſiccioribus, illis potiſſimum, qui bilioſo gaudent temperamento, quatenus a bilis exceſſu facillime corrumpuntur, quod in phlegmaticis non accidit: ideo exiccantur; nam alimenta, quæ corruptelam inducunt, non ſolum non nutriunt, verum, quia etiam ventrem ſolvunt, & ſecum humores indigenos educunt, conſumptionem cauſant, & inde reliqua mala. Quod de reliquis plus quam de leporinis poteſt, quia adipe carent, & a ſimplici victu vegetabili confectæ, atque in aprico aere libere exercitae, puriores, ſunt minus corruptibiles.*

triunt. Contra vero, obſtructionem hepati, ac ſpleni efficiunt, pulmonique nocent, & immodicis torquent vigilijs: Iſaacus in diætis universalibus, leporinam pro pharmaco potius, quam alimento habendam cenſet. At nec hoc quidem ignorandum, quod tum hæc caro, tum cervina quoque, ſi fuerit animalium, ætate declinantium, ſimpliciter ſint evitandæ. Si quis tamen comedere omnino expetat, ei ſane partui pro pinguiores nempe juniores ſunt eligendæ, quod nimirum naturalis earum ſiccitas, ab ætate temperetur. Eadem ratione, & pinguiores, longè cæteris antecellunt. Siccitas namque pinguedine correcta, ad mediocritatem in ejuſmodi animalibus inflectitur. Verum de hac ipſa Joanne Manardo lib. 13. epiſt. 4. diligentius nemo diſſeruit.

NONUM, caro bovina: circa quam notandum in primis, & fœminam ipſam, quæ vacca dicitur, & utrumque marem, tam eum, qui caſtratus eſt, quam eum etiam, qui integer ad ſpeciei propagationem reſervatus, taurus nominatur, communi hac bovum appellatione ſignificari. Atque hi ſane non parum inter ſe, ætatis ratione differunt. Extremæ namque ætates [20], ut in aliis non paucis, ita

¶ [20] *Vituli qui vix in lucem prodierunt mucoſas carnes habent, & fatui ſaporis ſunt, unde nauſeam potius movent, quam os delectent, & vires reficiant. Quamprimum vero, menſem abſolverint, dummodo ſolo lacte fuerint nutriti,*

in his quoque vitioſæ ſunt. Mediæ verò optimæ, & ſaluberrimæ. Vitulorum igitur recens editorum caro, nimis mucoſa, & excrementitia eſt. Bimeſtres autem quique paulo ultra citrove eam ætatem conſiſtunt, temperamento viciniores ſunt, & carnes habent ad concoquendum perfectis bobus præſtantiores, & multum alimenti corporibus exhibent, bonique ſucci habentur. Provectiores vero qui tamen florentem ætatem, nondum attingerunt, temperamento ſunt quam ſenes minus ſicco, magiſque ijs invenibus conveniunt, qui bono ſunt corporis habitu. His perfectæ ætatis boves, valentius quidem aiunt, ſed ægrius tum concoquuntur, tum in membra diſtrahuntur. Porro ad ſenium vergentium, atque ipſorum etiam ſenum car-

---

omnes dotes perfectionis acquirunt, ut gulæ, & nutritioni poſſint ſatisfacere. Ætate autem provectiores, & quotidianis laboribus conſumpti, omnino ſunt vitandi, nam eorum carnes, duriſſimæ ſunt, omni adipe orbatæ, & nullius ſaporis. Verum quiete, & libertate, renovantur ad Agrum ſoluti, vel in ſtabulis, gramine, aliiſque herbis nutriti, ut omnibus fortaſſe ſint anteponendi, propter ſuavem ſaporem, quem acquirunt. Tauri, qui actu pro ſpeciei propagatione exercentur, pariter vitandi ſunt, nam eorum carnes ob nimium calorem a multo ſanguine, & a Veneris uſu exiccatæ, putreſcunt quam facile, & Djarrhæam producunt.

nes,

nes, duræ, ſiccæ, nervoſæ, concoctionique rebelles ſunt, & melancholicum humorem efficiunt, ſoliſque ventriculos habentibus calidiores, atque illis inſuper, qui vehementer ſeſe, atque immoderatius exercent, concedi poſſunt. Quod l. 4. de vict. rat. in morb. acut. aph. 99. Hippocrates etiam ita ſcribens atteſtatur. Bubulæ [21] carnes melancholica provitant παθήματα. Nempe horum natura inſuperabilis eſt, nec quivis ventriculus, eas concoquere poteſt. Galenus quoque lib. 3. cap. 1. de alim. facul. idem, iis fere confirmat verbis. Carnes bubulæ, alimentum quidem, & ipſæ corpori ſuggerunt non mediocre, neque diſſipatu facile: ſanguinem tamen generant, quam conveniat craſſiorem. Quod ſi quis temperamento naturali, melancholicus magis fuerit, affectu aliquo melancolico prehendetur, ſi largius his veſcatur. Affectus autem melancholici ſunt, cancer, elaphas, ſcabies, lepra, febris quartana, & quæ peculiari nomine melancholia nominatur. Lien item, quibuſdam a tali ſucco intumeſcit: quam rem καχεξία, ideſt pravus habitus, & hydropes ſæpe numero conſequitur. Cæterum, qua ratione incommodis, quæ frequentiorem earum uſum excipere ſolent, providendum ſit, luculenter, & perſpicuè Simeon Sethi in hunc modum ſcri-

---

¶ (21) *Carnem habent duriorem, & facile corruptibilem, ideo nocent melancolicis, ſive biliosis, uti omnes aliæ, præterpropter.*

bens edocuit: Si quis eas edere velit, ſummaque cupiditate appetat, vel cogatur etiam, is medeatur nocumento, quod inde futurum ſperatur, aceto, & alliis cum ruta intingens. Idem quoque autor eſt, earundem jure ſive brodio, ζωμῷ Græcis appellato, fluxus ventris, ex flava bile cohiberi.

Vaccinæ, cum præter ſucci pravitatem etiam ſexus ratione, frigidiores (22) ſint, merito a ſanitatis tutela eximuntur, non tamen ab eis, quemadmodum nec ab aliis, quæ hactenus dicta ſunt, ex toto abſtinendum eſt: ſed omnibus interdum; optimis vero, quantum fieri poteſt, ſæpius utendum.

DECIMUM, caro caprina: [23] de qua idem fermè, quod de bovina dicendum. Hœdi [24] enim, perinde ac vituli carnes, ad

---

¶ [22] *Nullam invenio diverſitatem inter marem, & fœminam [ſi tantummodo Taurum exceperis] extra tempus geſtationis, vel venereæ tintiginis, quando a Tauro excipitur: eo vero tempore calet, ideo caro facillimè corrumpitur, quod utique non eveniret, ſi eſſet frigidior, neque unquam frigida eſt.*

¶ (23) *Nullius ferè æxtimationis eſt, illarum potiſſimum, quæ ſpeciei productioni ſunt dicatæ, ob fatuum ſaporem, & adipis carentiam, præſertim ſecundo anno elapſo, quia occaleſcere incipit.*

¶ [24] *Lactentes quia non adhuc ad perfectam conſiſtentiam pervenerunt, carnem exhibent tenerrimam facilis digeſtionis.*

conficiendum, perfectis capris meliores, & tuendæ valetudini accommodatiores habentur. Moderate nutriunt, ſanguinemque tenuem, & humidum gignunt: Præſtantiores, & probioris ſucci ſunt lactentes adhuc, & maxime, ſi neque tenelli admodum, neque natu grandiores fuerint. Simeone Sethi rufos, & glaucos; Rhazes vero rubros in nigrum inclinantes, ac pingues præfert. Baldacho fœmellæ, quam maſculi carnem temperatiorem, & a ſiccitate remotiorem eſſe, placet. Mirificè, calidis & ſiccis temperaturis, atque inſuper delicatis [25] & otioſæ vitæ deditis, conferunt. Hirci, carnem quidem habent minimum humidam, pituitoſam, ac lentam, ob fœtorem tamen ingratam, & ſtomacho inimicam, ægre concoquitur, & ad ſuccum bonum generandum parum idonea eſt. Hanc ſequitur arietum, poſt taurorum. Porro in iis omnibus carnes caſtratorum ſunt præſtantiores; ſenum autem, peſſimæ. Caprina in tota valetudinis cura, obſervationeque vitanda eſt. Nam Hippocrate lib. 4. de vict. ratione in morb. acut. teſte, habet mala, quæ in bubulis ſunt omnia, & cruditatem, eſtque flatuoſior, & ructus ma-

¶ (25) *Non omnibus, vero tantummodo illis, qui acido ſpontaneo laborant. Bilioſis vero aliquando venter ſolvitur cum torminibus. Hirci, & Arietes, ferè ſimiles ſunt Tauris. Caſtrati vero, etiam adulti, perfectiores evadunt, carne teneriores, & fœtorem ingratum deponunt.*

gis generat: acris eſt, malumque ſuccum efficit. Ineunte tamen æſtate, (26) & circa ejus medium, capræ melius agunt, longeque ſeipſis in cibo præſtantiores evadunt. Tunc enim arborum, & fruticum ſurculi, & germina, quæ iis maximè idoneam præbent alimoniam, frequentiſſima ſunt. Ac proinde habitiores etiam, ac pinguiores, nobiſque alendis accommodatiores fiunt. Quod autem alimonia ad carnis bonitatem plurimum poſſit, argumento ſunt evidentiſſimo vulpes, quæ autumno probatiſſimam, ob uvas habent carnem. Sic paſſer, & ficedula per idem tempus maximè laudabilem carnem obtinent. De caprina plura Galenus lib. 3. cap.

¶ (26) *Crediderim eo tempore alimenta potius ex vegetabilibus deſumpta, quam ab Animalibus convenire, nam illa, ob nimium calorem ſtomacum debilitantem, facillimè putreſcunt; atque etiam quia eo tempore Bilis ad corruptionem ſatis prona eſt, & victum refrigerantem, acidumque requireret, ut præſervaretur. Inſuper omnes herbæ exiccantur, omneſque Plantæ areſcunt, quæ durum, & ſiccum fere alimentum eis præbent, vix ad alendum ſufficiens, non vero ut pinguiores fiant. Vere, & Autumno potius hoc verificatur, tum quia neque aeſtuant, neque algent; tum quia, omnibus vegetabilibus renovatis, ubertimam habent alimoniam, unde non ſolum pingueſcunt, ſed etiam lac, copia, & qualitate præſtantius præbent.*

3. de aliment. facul & de attenuante diæta cap. 6. & comment. 101. & 102. in lib. 4. Hippocratis de vict. rat. in morb. acut. & Paulus lib. 1. cap. 84. & Aetius libro 2. cap. 119. Atque hactenus quidem de cibis, & carnibus vitandis. Exigit nunc ordo, ut de electione alimenti, quod partim a jam dictis, partim vero ab aliis quibuſdam animalibus ſumitur, nonnihil etiam dicatur. Siquidem de eo, haud parva, inter ipſos artis medicæ ſcriptores, controverſia eſt. Galenus enim, ut & alii nonnulli, porcinæ [27] palmam retulit: Rhazes vero, Avicenna, & Averroes, hædinam prætulerunt. Sunt etiam, quibus vitulina, præſtantior videatur. Porro electio hæc, & præſtantia, multipliciter attendi poteſt. Et primo quidem, ratione, tum ſimilitudinis, (28) quam cum humanis

---

¶ (27) *Propter nimiam humiditatem, quam continet, facile in corruptionem abit, & ventrem ſolvit. Corrigitur vero vini potione, aceto generoſo, ſucco limoniorum, aliiſque, propter adipem autem, inſenſibilem perſpirationem impedit, præſertim ſedentariis, & debilioribus. Ruſtici, & qui vitam nimis exercent, ab ea bene ſe habent, & facile ferunt.*

¶ (28) *Nullam invenio, nam ſi carnem porcinam cum humana comparaveris, fibrarum texturam longe duriorem eſſe in carne porcina, quam in humana, videbis. Illa vero majori pinguedine interjecta eſt, & muſculi minus pariter diſtincti,*

obtinent carnibus, tum majoris, quoque, & diſcuſſu difficilioris alimenti. Quo ſane modo, porcina, cæteris omnibus longe antecellit. Maxima enim illi cum humano corpore ſimilitudo eſt, quemadmodum Galenus lib 3. de alimen. facul. cap. 1. diſertè iis verbis oſtendit. Suillæ carnis ſimilitudinem cum humana, ex eo poteris intelligere, quod quidam carnes humanas pro ſuillis, ſine ulla in guſtu, vel olfactu ſuſpicione comederunt: (29) id enim ab improbis hoſpitibus, & aliis quibuſdam factum fuiſſe;

---

atque numero multo minores, quam in homine. Inſuper ſatis quoque differre debent ratione alimentorum: homines namque pulitioribus alimentis nutriuntur, pane bene fermentato, oleribus tenerioribus in carnium juſculis, fructibus maturis, aliiſque. Sues vero omnia, quæ occurrunt, avidi, & abſque temperantia devorant, etiam duriora, difficilis digeſtionis, a quibus ſanguinem pro nutritione duriorem elici neceſſe eſt. Ex hiſce ergo alimentis diverſiſſima adoritur productio, licet integre mutata, ut indigenæ naturæ nullum omnino remaneat veſtigium Vid. Boerhaav. lib. VI. de metod. medend. p. 267. n. 41. Conſtat iis quibus nutritur corpus. *Si ergo diverſa ſunt hominum, & ſuum nutrimenta, ſupereſt, ut diverſa prorſus ſit eorum ſubſtantia, quomodolibet ſpectata.*

¶ [29] *Nemo actenus hoc experiri auſus eſt; niſi impius, aut ſtultus fuerit. Cæterum huic digno Auctori tota fides debetur.*

jam compertum eſt. Idem lib. 10. de ſimpl. med. fac. cap. 2. Sanguis, inquit, ſuillus, humano maximè, temperie, ſimilis eſt. Siquidem, & carnes ſuum, humanis ſunt ſimiles. Comperti enim ſunt hoſpites, & coqui complures, qui humanas carnes pro ſuillis venderent: tametſi, qui eas ediſſent, nullum omnino diſcrimen percipere potuerint. Quin, & ipſe narrantes audivi viros fide dignos, ſeſe in diverſorio publico jus eſitaſſe delicatum, cum carnibus ſuaviſſimis: cæterum cum jam pene ſaturati eſſent, inveniſſe digiti partem anteriorem, quæ videlicet ad unguem eſt, quo perculſi, ac metuentes eos, qui agebant in diverſorio, ne ſcilicet, ſe quoque vorarent, ceu ei rei aſſueti; protinus quidem illinc exiere, ac vomitu redditis quæ ederant, ita iter denuò ingreſſi ſunt. Sed & in ipſo facinore, homines mactantes, deprehenſos, non ita multo poſt referebant. Itaque jure quiſpiam exiſtimet ſuillam carnem humanæ eſſe ſimillimam. Quod deinde, ſuillam carnem validiſſimè nutrire (30) diximus, hoc Galen. lib. 3. cap. 1. de alimen. facul. in eum

---

¶ (30) *Non videtur, ſi cum carne vitulina, aliiſque ſiccioribus comparaveris. Familiaribus vero experimentis clare conſtat, carnem ſuinam longe humidiorem eſſe reliquis carnibus, quia aperto aere commiſſam majus ponderis decrementum oſtendere. Quapropter ſub eodem pondere, cum aliis comparata, minorem partium nutrientium nume-*

modum ſcribens confirmat. Omnium ciborum, ſuum caro, potentiſſime nutrit. Cujus rei athletæ certiſſimum tibi præbent indicium. Si enim paribus exercitationibus parem molem alterius cibi, pridie totum diem commederint, poſtero die, ſtatim ſentient ſeſe redditos imbecilliores. Quod ſi pluribus deinceps diebus, id fecerint, non imbecilliores modò; verumetiam alimenti penuria macilentiores palam conſpiciuntur. Idem lib. 7. meth. meden. cap. 6. iis etiam teſtatur verbis: Omnium, quos novimus, ciborum, maximè nutriens, ſuilla caro eſt. Quin, & ipſe Hippocrates lib. 6. epidem. part. 3. aph. 4. quum jam corpus ex multis exercitiis conciderit, ſuillas carnes, aſſatas exhibere præcipit. Porro alimentum, quod inde ſumitur, firmum eſſe, neque diſſipatu facile, ſatis confirmat Galenus in lib. de attenuante diæta, cap. 6. Ubi ſic ſcriptum reliquit: Suum domeſticorum caro, omnium aliorum ciborum firmiſſime nu-

---

rum continet. Vice verſa quia caro vitulina plus in partibus ſuis cohæret, quam ſuina, ideo ſequitur non omnino digeri poſſe, quia uti alibi major eſt carnis digerendæ cohæſio, quam ventriculi vires. Partes vero, quæ non digeruntur, nequaquam in nutrimentum abeunt, ſed una cum fæcibus egeruntur, unde ſequitur carnem ſuinam validiſſime nutrire, *dummodo non corrumpatur, quia facile digeritur, ob minorem partium cohæſionem, & humiditatem.*

trit. Multum enim in ſeipſa habet lentorem; tum propter vitam deſidioſam, tum propter cibi humidioris affluentiam. Et ſimiliter in l. de renum affect. dignoſc. & medic. cap. 26. E pedeſtribus, optimi ſucci eſt, caro ſuilla, & hominibus maximopere familiaris, maximaque tum nutribilis, tum corroborans, ob id, qui diutius ea victitant, jecoris, & renum obſtructione corripiuntur, quibus hæc a natura aſtrictos meatus habent, eoque longiori ab ea intervallo abſtinendum. Quia vero glutinoſum, ut dictum eſt, & craſſum [31] ſuccum generat, ideo Hippocrates aſſatam exhibere uſſit: quo nimirum viſcoſitate, ac craſſitie, ab ignis caliditate nonnihil conſumpta, minus humida, ac glutinoſa edatur. Idem lib. 4. de vict. rat. in

---

¶ [31] *In omni alimentorum genere nihil eſt tam durum, & inaſſimilabile, quam adeps; omnes enim digeſtionis vires preſſorias, omniumque vaſorum momentum deludit, & Bilis efficaciam ſpernit: nam sempèr propriæ naturæ quamdam retinet indolem, unde humores craſſos, & lentos gignit, circulationi, & perſpirationi adverſos, corpus, & vires opprimentes, ex quo factum eſt, Antiquiores credidiſſe, carnem ſuinam* validiſſime nutrire: *Cui opinioni adſentire videtur Galenus, licet aſſerat, multum lentorem habere. Quid ergo ſanitati prodeſt, quoties principem excretionem impedit, qualis eſt perſpiratio, unde nonnulla mala adoriri poſſunt?*

morb. acut. aphor. 103. ejuſmodi carnem abſque pelle, hoc eſt, cute mandendam eſſe docuit. Cutis enim animalis, utpote frigidior carni ſimiliter concoqui, nata non eſt. Quæ autem ob aſſationem ambuſta eſt, tum ad ſucci bonitatem, tum ad concoctionem inhabilis exiſtit, choleramque parit, propter eam, quæ huic accidit, acrimoniam. Ibidem pinguiſſimam quoque ſuum carnem, ea, quam medii, & benè carnoſi habent, deteriorem exiſtimat, ſuſpicionem humiditatis habens: ob quam pinguedo omnis, carne ſui generis deterior, tum ad concoctionem, tum nutritionem exiſtit. De ſuilla hoc amplius Galenus in libro de cibis boni, & mali ſucci cap. 4. Suilla caro, ſi exactè in ventriculo concoquatur, (32) tum in ſanguinem a jecinore convertatur, probatiſſimos humores gignit. Quod intelligendum utique, non de carne ſuum vetuſtiſſimorum: ea enim ob ſiccitatem, & duritiem, ægrè concoquitur, ac

¶ (32) *Non ſufficit, ut optime in ventriculo digeratur, ſed neceſſe eſt, ut in tenuiſſimum chylum abeat, & per tenuiſſima vaſa lactea meare poſſit. Hæc autem tenuitas, non ſolum digeſtioni, ſed Bili pariter debetur, quæ oleum, & aquam intime miſcet, ut non amplius poſſint ſeparari. Antiquorum opinio fuit, jecur primarium eſſe ſanguificationis organum; ſed ſatis clare conſtat, cordi, pulmonibus, omnibuſque arteriis, atque etiam utero in mulieribus, hoc munus deberi.*

ſuccum vitioſum generat: neque parvulorum lactentium: nempe hi terreſtrium ferè omnium, quæ vorant homines, animalium, maximè humidam, & incrementitiam obtinent carnem. Atque eam ob rem, plurima inde generatur pituita (33). Sed ætate mediocrium, anniculorum videlicet, vel bimorum. Idem Galenus etiam libro paulo antè citato, capite duodecimo atteſtatur. Ex animantibus, inquiens, quorum natura ad bonos humores gignendos aptiſſima eſt, & ſues mediocris ætatis, habentur: qui enim ad ſummum creverint, hominibus vigentis ætatis, ſeque exercentibus; qui vero adhuc increſcunt, iis, quorum ætas inclinat, idonei ſunt. Caro ex porcellis parvulis, excrementis ſcatet. Quare, & pedeſtribus animantibus ſuilla caro probatiſſimus cibus eſt. Et hoc quidem, tametſi in utroque genere, tàm domeſticorum, quam agreſtium, verè dicatur; agreſtes tamen a Galeno longe cæteris anteferuntur. Atque hinc adeo in libro de attenu. diæta cap. 6. ſic in-

¶ (33) *Omnia Animalia, quæ uſui hominum dicata ſunt, niſi ad mediocrem ætatis conſiſtentiam pervenerint, mucoſam carnem habent, quæ in lentum glutinoſum abit, vel in pituitam, non vero excrementitia, uti ſuperius aſſeritur: potius caro annoſiorum, propter fibrarum duritiem, fere indigeſta excernitur, nullo modo a ſtomaci viribus ſuperabilis, uti alibi dictum eſt.*

quit: Apri [34] ſuibus domeſticis, in cibo ſunt anteponendi. Et lib. 8. meth. medend. cap. 2. Ex ipſis ſuillis carnibus optima eſt, montana. Cujus cauſam Galenus lib. 2. de alimen. facul, cap. 13: hanc eſſe tradit: Domeſtici, inquit, ſues, temperie humidiores ſunt, quam agreſtes, tum ob aeris, in quo degunt, humiditatem, tum verò ob vitæ ignavian. Qui vero in montibus degunt, multum exercentur, ac fatigantur: præterea in aere ſicciore vivunt: quapropter eorum caro eſt durior, nulliuſque prorſus pinguedinis, aut pauciſſime particeps, & alimentum, quod inde provenit, minus habet excrementi: contra excrementitium eſt, quod a domeſticis ſumitur. Neceſſe igitur eſt, alimentum ejuſmodi nutrire valentius, quam alterum, ſuccumque gignere multo meliorem. Addit præterea Avicenna lib. 2. Canon, capite 146. eoſdem hyeme, meliorem ſanguinis habitum conſequi, longeque ſeipſis, in cibo evadere præſtantiores. Ex omnibus hactenus adductis, ſatis jam liquet, hominibus ætate florentibus, fortibus, ſanis, & quamlibet fortem, ac vehemen-

---

¶ [34] *Nulli dubium, & omni ævo inconcuſſum, carnem Apri ſaniſſimum adferre nutrimentum, tum quia nauſeoſo caret adipe; tum quia puriori alimento nutritur: ſimiliter quia in liberiori aere libere exercetur, non niſi, puriſſimos continet humores, & carnes fere a corruptione immunes, atque facilis digeſtionis.*

tem actionem obeuntibus, utpote foſſoribus, agricolis, meſſoribus, cæteriſque id genus operariis, modò ab oppilationibus puri, atque vacui ſint, ac denique iis etiam, qui impinguari cupiunt, ſuillam potiſſimum adhibendam. Ad ejuſmodi enim corporum conſervationem alimento plurimo, firmo, atque ægre diſſipabili opus eſt. Rectè itaque Rhazes lib. 2. ad Alman. cap. 9. Craſſa, inquit, caro multum ſeſe exercentibus convenit: iis vero, qui vitam in majori otio, ac quiete degunt, ſubtilis, & extenuans. Quod Avicenna quoque 3. 1. doct. 2. cap. 7. ita fermè ſcribens confirmat: Vehementer ſeſe exercentes, multoque labore fatigati, firma magis, & craſſa alimenta requirunt.

SECUNDA vero carnium electio, a temperamento, concoctione, & ſucci inde geniti probitate ſumitur, atque ea quidem ratione, hœdinæ (35) longe cæteris præferuntur. Nam ut Rhazes loco paulo ante citato autor eſt, temperatura ſunt mediocri, nullius pravitatis participes, facilè concoquuntur, tum ſanguinem quoque, inter ſubtilem, & craſſum, calidum, ac frigidum, temperatum efficiunt. Illis tamen, qui multum exercentur, in cibo minus idoneæ ſunt: ſiquidem alimentum, quod corpori ſum-

¶ (35) *Præſertim ſi ſolo lacte nutriantur, etiam pingues, facile digeruntur, & ſaniſſimam alimoniam tribuunt ægrotantibus, debilioribus, ſedentariis, aliiſque ſimilibus.*

mittunt, forti exercitio, ſive labore celeriter diſcutitur. Juvenibus temperatis, mediocri exercitio utentibus, quemadmodum ex illis quoque, de quibus ſupra dictum eſt, magis conveniunt. Porro quemadmodum hac ratione inter animalia domeſtica, caro hœdina præſtantior eſt, ſic inter agreſtia quoque, capreoli facile primas obtinent: poſt hœdinam autem, ſecundum locum arietina ſibi vindicat, ſi quidem Rhazes atque Averrhoi credimus. Quorum ille quidem lib. 3. ad Alman. cap. 9. ita ſcriptum reliquit. Caro arietina quam hœdina craſſior eſt, vireſque magis auget, ſed plures efficit ſuperfluitates, (36) in bonitate tamen, hœdinam ſequitur carnem. Hic vero lib. 5. ſuorum collect. cap. 32. de eadem hæc ferè prodidit. Poſt carnem, inquit, hœdinam, eſt arietina, atque ita omnes prope medici ſentiunt, præter Galenum, qui arietum carnes abominatur: perſuaſum enim habet, vitulinam, arietina longe melioris eſſe nutrimenti. Sed Galenus forſan hanc præſtantiam ex eo attendit, quod vitulina plurimum nutriat, & nutrimentum ejus, ægrius diſſipetur.

¶ [36] *Non ſine ratione ob ætatem provectiorem, tum in humoribus, tum in excrementis. Vel enim tota digeritur, & tota in ſanguinem convertitur, & vires auget; vel corrumpitur, & excrementa pariter majora facit. Ideo hœdina craſſior, & durior. Inter Arietes vero præſtant caſtrati ab ineunte ætate.*

Arietina verò inſignis, humiditate prædita ſit. Nam humidum alimentum, ut diſtribuitur, ita etiam diſcutitur celerius. Locus Galeni, quem Averrhoes citat, eſt [ni fallor] in libro de cibis boni, & mali ſucci c. 12. verba Gal. ſic ſe habent: ex pedeſtribus animantibus, caro ſuilla probatiſſimus cibus eſt, deinde hœdina, mox vitulina. Agnina verò humida, (37) tum lentorem, mucoremque in ſe habere cenſetur. Quod idem in libro de attenuante diæta, c. 7. velut repetens inquit: Ex terreſtribus animalibus, hirci, & arietes, & genus omne ovium, ac caprarum, non undequaque laudabilis ſunt alimenti. Solis autem hœdis, innoxie utare. Agnorum eſus propter inſignem humiditatem eſt fugiendus. Ex quibus utique locis fit hoc etiam perſpicuum apud Rhazen, atque Averrhoem, agnos maſculos, qui aliquantulum increverint, per arietes eſſe intelligendos. Id quod ipſemet Averrhoes his verbis confirmare videtur. Magna pars Medicorum laudat carnes arietum juvenum &c.

TERTIA, demum carnium electio, ſive præſtantia, in eo ſita eſt, ut neque inſuavem, neque mali odoris, neque glutinoſum quidquam guſtui repræſentent. Tales autem in primis vituli-

---

¶ [37] *Minus fortaſſe quam ſuilla. Si ergo propter humiditatem, ultimum meretur locum: quid de ſuilla ſentiendum ſit? Potius ob ſaporem minus gratum, delicatiorum guſtum non allicit.*

næ [38] ſunt, quemadmodum Averrhoes loco citato ijs fere verbis oſtendit. Carnes, inquit, vitulinæ bonæ ſunt; minus enim, quam bovum ætate declinantium carnes; habent, tum viſcoſitatis, tum frigiditatis, ac ſiccitatis, tum odore quoque cæteris carnibus, ſuaviores, & jucundiores ſunt. Qua certe conſideratione, ipſis etiam hœdinis præferuntur. Siquidem in coctura hœdinarum, muccago, hoc eſt, lentor, ſive viſcoſitas quædam deprehenditur, quæ in vitulinis non apparet. Hœdinæ tamen vitulinis, ſucci probitate præſtant. Ex omnibus, quæ hactenus adducta ſunt, liquido jam conſtat, non eſſe tantam inter Medicos de carnium electione controverſiam, quanta prima facie apparet. Hoc quoque ſcire in univerſum oportet, quod ſiccorum animalium carnes in prima ætate, quæ humidior eſt, præſtantiores ſint, & minori momento conficiantur. Cum vero adoleverint, ob ſiccitatem ægre concoquantur. Contra humidiorum animalium carnes, progreſſu temporis con-

¶ [38] *Sine dubio cæteris ſunt anteponendæ ob fibrarum texturam ſatis, ſed modice, conſiſtentem, non multum nauſeoſo adipe obſeſſæ; neque ſuperfluo humore, vel glutine infarctæ, facillime a corruptione præſervantur, & digeruntur. Ideo factum eſt earum uſum, hac noſtra tempeſtate, & regione, omni anni tempore, ita invaluiſſe, ut amplius recedere non videatur.*

ſumpta

ſumpta humiditate (39) ſuperflua, aptiores, & ad concoquendum, & ad nutriendum fiant. Quod Galenus etiam lib. 3. de aliment. facul. cap. 1. in hunc ſcribens modum, innuere voluit. Iis, inquit, animalibus, quæ natura, temperamento ſunt ſicciore, adoleſcens ætas ad mediocritatem ipſam confert: humidiorum vero natura, quod ſibi ad probam, ac convenientem temperiem deeſt, id ab ætate florenti adſumit. Non modo itaque, vituli carnes habent ad conficiendum perfectis bobus præſtantiores; ſed etiam hœdi capris: velut contra verveces anniculi, agnis lactentibus, & porci anniculis

¶ [39] *Omnia Animalia, quò ad ſenectutem accedunt, eo ſicciora evadunt. Eo enim tempore in eorum fibris quædam calloſitas conciliatur, atque vaſa ultimi generis, ſive exiliſſima, omnino impervia fiunt: tanta enim eſt atractio partium ſolidarum, ut omnem humorem excludant, & ſiccitatem inducant. Generaliter in ætate provectioribus, fluidorum impetus minuitur, ſolidorum reſiſtentia ex adverſo augetur, unde maraſmus ſenilis invadet, etiam ſine febre. His jam poſitis, licet Hædi ſicciores evadant, & mucoſitatem deponant, fatui tamen quoad ſaporem fiunt, & difficilis digeſtionis, eo magis ſi ſpeciei propagationi inſervirent. Caſtrati vero, etiam adulti, & bene paſti, non ſecus, ac Boves annoſiores, renovantur, & quamdam acquirunt bonitatem.*

vel bimi proculis parvis. Hinc non temere ab Avicenna 3. 1. doct. 2. capite 7. dictum eſt, Oportet ut cibus, nimirum ſanitati conveniens, ſit, qualis caro eſt, præcipuè hœdorum, vitulorum lactentium, & agnorum anniculorum.

Ex quibus omnibus ſequitur tandem, carnes hircorum, caprarum, arietum, ovium, bovum, atque verrium antiquorum, non undequaque laudabilis eſſe alimenti. Carnes vero vitulorum Iuvenum, agnorum anniculorum, & majalium anniculorum vel bimorum valetudini tuendæ eſſe accommodatiſſimas. Hoc quoque ignorandum non eſt, quod carnes naturali temperamento ſicciores, ſint elixandæ: (40) quo nimirum ab aquæ humiditate contemperentur.

¶ (40) *Diximus jam omnes carnes, præſertim annoſiorum, difficillime a ſtomaci viribus digeri poſſe: oportet ergo ut elixentur, & tunc propter ebullitionem, fibrarum nexus ita minuitur, ut a viribus digeſtioni melius digerantur. Neque alio modo parari poſſunt, nam toſtæ ulterius rigeſcunt, & exiccantur, neque unquam concoquuntur. Juſcula quæ ab illis eliciuntur, cæteris præſtare videntur, propter gratum ſaporem, quem præſeferunt; ſimiliter quia nauſeoſo glutine carent, quod carnes juniores ſtatim deponunt elixæ. Hæ vero toſtæ ſunt comedendæ, quia longa coctione non indigent, ut facile digerantur, non quia humiditas moderetur, quæ revera nullum adfert damnum, cum potius teneritatem faciat, pro comodiori digeſtione.*

Elixatio enim ſiccitatem temperat. Humidiores vero aſſandæ, nempe ut earum humiditate, ab ignis calore attenuata nonnihil atque imminuta, mediocritatem conſequantur. Aſſatio enim ex Galeni ſententia, humiditatem moderatur. Quo fit ut carnes leporum, cuniculorum, cervorum, boum, & capreolorum elixæ; porcellorum vero ac vervecum aſſæ ſint præferendæ. Eadem etiam ratione in ætatibus, temperaturis, atque anni conſtitutionibus humidis, ſicciores & aſſæ carnes magis conveniunt: In ſiccioribus vero humidæ atque elixæ.

CAP. VIII.

De cibis bene nutrientibus.

Ova recentia, vina rubentia, pinguia jura,
Cum ſimila pura, naturæ ſunt valitura.

Tria alimentorum genera, exigua mole, plurimum nutrientia, his verſibus comprehenduntur.

PRIMUM, ova recentia: (1) de quibus Ga-

¶ (1) *Inter alimenta tenuia locantur, quæ in partibus ſuis parum cohaerent, & ideo in corporis nutrimentum tranſeunt facillime; etiam quia*

lenus libro 3. de aliment. facult. cap. 21. in eum ſcribit modum. Ova recentia, veteribus plurimum præſtant: quippe optima ſunt recentiſſima: vetuſtiſſima autem peſſima. Quæ vero in horum medio ſunt, proportione receſſus ab extremis, bonitate aut pravitate inter ſe differunt. Idem lib. 1. aph. comment. 4. ova inter alimenta pleni victus numeravit. Quam ſententiam Avicenna quoque, cum aliis pleriſque locis, tum maxime 4. 1. cap. 1. iis fere verbis confirmat. Quandoque eſt nutriens parvæ quantitatis, plurimo reficiens alimentum: ejus generis ſunt potiſſimum ova, & teſtes gallinacei, quorum fere nutrimentum, cum ipſorum penſatur pondere. Porro ovorum, multæ inter ſe ſunt differentiæ: Et prima quidem, penes propriam

---

omni acrimonia, & pertinaci ſapore carent, neque fæces relinquunt. Præſtant cruda potius, quam cocta, quia ignis miniſterio dotes, & optimas qualitates amittunt, nec non tenuitatem, quæ pro digeſtione, & nutritione multum facit. Vid. Boerhaav. Tom. 6. pag. 246. Quale ovum eſt, quod longe præſtantius eſſet crudum, quam coctum. *Curandum vero eſt, ne integre igne indurentur, cum ſatis ſufficiat, ut vix incaleſcant. Præterea diu aſſervata nocua ſunt, non ſolum quia fluidiori humore exiccantur, ſed etiam quia putreſcunt, vel ad putrefactionem propius accedunt, non ſecus, ac carnes, quæ neque diu aſſervari poſſunt abſque corruptione.*

ſubſtantiam. Gallinarum enim, perdicum, & phaſianorum juvenum, ac pinguium omnibus præſtant, & ad victus ſalubris rationem accommodatiſſima ſunt: anatum vero, anſerum, pavonum, ſtruthiocamelorum, & ſimilium, deteriora [2] habentur. In figura (3) quoque ovorum, aliquod

---

¶ (2) *Quia ægre digeruntur, neque bonum exhibent nutrimentum, propter rudiorem ſubſtantiam, quam continent; nam præſeferunt eamdem naturam Pavonum, qui neque ſapore, neque carnis teneritate praeſtare videntur.*

¶ [3] *Quomodo concurrat figura ad ovorum perfectionem, latet in Textu. Verum crediderim, ova parvula, & oblonga caeteris anteponenda, non quia hujuſmodi figuram ſortita ſunt; ſed quia a junioribus Gallinis veniunt, quae in teneriori aetate, ut plurimum ovula longiora, & minora ſimul pariunt fluidioris ſubſtantiae, & facilioris digeſtionis. Quamprimum adoleverint, ova dabunt pariter majora, ſed fortaſſe rudioris ſubſtantiae, nam eo tempore robuſtiores fiunt, & vires vitales in contentos humores, ſatis validè exercentur, qui melius compacti, ovorum ſubſtantiam æque, compactiorem faciunt, ad digerendum duriorem. Inſuper longa intelliguntur ea, quæ fluiditatem adhuc retinent, igne tantum calefacta, nam ex integro cocta, longa dici non merentur, quatenus, cum firma ſint, elongari amplius non poſſunt. Ideo hanc teneo opinionem, quia ex Boerhaavii auctoritate, ova cruda coctis*

bonitatis diſcrimen eſt: parvula enim, oblonga & candida, reliquis ſucci probitate, excellere creduntur, id quod vulgo etiam hiſce verſiculis comprobatur:

Regulà præsbyteri jubet, hoc pro lege teneri.
Quod bona ſint ova, candida, longa, nova.

Quin ab Horatio quoque, hoc obſervatum eſſe; etiam Plinius meminit, qui libro 10. natural. hiſtor. capite 52. ita ſcriptum reliquit Quæ oblonga ſunt ova, gratioris ſaporis putat Horatius Flaccus. Locus eſt libro 2. Sermonum, Satyra 4.

Longa, quibus facies, ovis erit; illa memento
Et ſucci melioris, & ut magis alba rotundis.
Ponere.

Candida præſtantiora dixit, atque ejus rei, vel inde certiſſimum indicium colligas, quod anatum, & anſerum ova, plus aqueæ naturæ poſſideant, pallidioraque, & ob id cibo, minus idonea ſint. Quanquam vero ova per ſe quidem ſalubria ſunt, coctura tamen ratione, non parum

---

præſtantiora eſſe, didici. De candore quoque aliter ſentio: nam candidà intelligendà ſunt illa, quæ nullo modò in coctione mutantur, quando nempe vel in aquà ferventi, ablatà teſta, coquuntur, vel cum teſta lento igne. Cæterum frixa, & aliis ferculis commixta ab adipe, & tali præparatione deturpantur, unde color, qui antea in albumine, albus erat & innocuus ſapor; omnino perit.

immutantur, adeò ut interdum inſalubria fieri poſſint: Nam quædam diutius coquuntur: alia ad mediocrem uſque conſiſtentiam: alia in aqua eouſque duntaxat, dum incaluerint, lixantur. Secundum quas differentias, alia quidem ἑφθα, ideſt, coctа vocantur: alia τρομητα ideſt tremula: alia vero ροφητα ideſt ſorbilia. Tremula itaque, hoc eſt, quæ eatenus per coctionem inſpiſſantur, ut in manu tenentis, in teſta, ſive putamine ſuo, tremere videantur, omnium ſunt præſtantiſſima, (4) plurimum alimenti, & optimi ſucci corporibus exhibent, facillimèque tum diſtribuuntur, & ſanguinem cordi quam maximè congruentem generant. Quare iis cumprimis, qui ex morbo, debiles adhuc ſeſe colligunt, ſenibus, & imbecillibus conveniunt, præcipuè vero eorum vitelli. Quod Avicenna quoque in

---

¶ (4) *Potius quoad ſaporem: nam cruda, vel vix calefacta, non ab omnibus, aeque, ſine nauſea feruntur. Cæterum præter Boerhaavii auctoritatem, probabile videtur, albumen naturale ovorum, facile in ſanguinem mutari poſſe, ob quamdam analogiam, quam cum eo habet: nam ſicuti ſanguis in naturali, craſi conſtitutus, glutine præſtat ſatis laudabile, ita pariter ovorum albumen; verum mediante coctione in maſſam ſciſſilem converſum, nativo glutine orbatur, in ſanguinem difficillime mutabile, niſi poſt varias viciſſitudines, dummodo non corrumpatur, vel aliter non mutetur.*

libro de viribus cordis Tract. 2. cap. 3. Ubi ex profeſſo de ovis agit, ſic ferme ſcribens confirmat: Ova tametſi cordis medicina non ſint, ad refectionem tamen ejus adſciſcuntur. Nam ipſum valde corroborant, & potiſſimum eorum vitelli; dummodo ſumantur ex ovis bonæ carnis avium; velut gallinarum, perdicum, ac phaſianorum. Ejuſmodi enim, temperatura conſtant mediocri, citò in ſanguinem convertuntur; & poſt tranſmutationem parum ſuperfluitatis relinquunt: ſanguis autem inde genitus, eſt ſubtilis, ac clarus; cor maxime corroborans: quo fit, ut ovorum vitelli in diſſolutione ſubſtantiæ ſpiritus, & imminutione ipſius ſanguinis vitalis, cæteris alimentis jure præferantur. Sorbilia autem ova, tremulis minus quidem nutriunt; (5) ſed facilius ſubducuntur, & faucium aſperitates ex vociferatione, aut ex humorum acrimonia lævigant: humorum quoque lentorem in pectore, pulmoneque incidunt. Ova vero immoderatiore coctura penitus denſata, quæ Græcis ἑφθὰ

¶ (5) *Si enim ex antedictis, ſorbilia facilius in ſanguinem convertuntur, quam tremula, ſorbilia plus quam tremula nutriunt. Veruntamen ſorbilia, quia citiſſime digeruntur, & ſtomaco parvam exhibent reſiſtentiam, videntur non nutrire. Quapropter ſedentarii, ſenes, graciles ab hujuſmodi alimentis bene ſe habent, exercitati verò homines non ſubſtinentur.*

vocari diximus, & ad concoquendum ſunt difficilia, & tardi tranſitus, craſſiuſque alimentum corpori tribuunt. Porro iiſdem ex vario præparationis modo, major adiungitur, aut bonitatis, aut pravitatis occaſio: nam hæc quidem aſſantur, alia elixantur, nonnulla friguntur, quædam denique in jure coquuntur. Aſſa igitur, elixis craſſioris ſunt ſucci, ac difficilioris concoctionis: eorum enim genuina humiditas a foci caliditate depaſcitur: [6] atque hinc ſane eouſque aſſata, donec adurantur ac tetrum odorem reddant, venenoſam qualitatem induunt, quemadmodum Marſilius Ficinus in lib. de vita cœlitus comparanda cap. 22. diligenter admonuit. Solent autem bifariam aſſari: aut enim cum putamine ferventibus cineribus integra obruuntur, aut in teſtis ſuis franguntur. Quorum hæc quidem deteriora ſunt. Illa vero rurſus duobus modis parantur: aut enim, tota, cinere cooperiuntur, aut ex parte, nuda ad prunas collocantur. Quæ cinere, tota obruuntur, pejora evadunt, quia den-

---

¶ (6) *Quod negari non poteſt. Similiter dum teſta vix comburitur ingratiſſimum ovis conciliat ſaporem, & odorem. Ideo expedit, ut cum aquæ ferventi elixentur: verum curandum eſt, ne omnino indureſcant. Cæterum omnes præparationes ovorum notiſſimæ ſunt, neque ulterioris dilucidationis opus eſt. Sufficit tantummodo, quomodo paranda ſint, dixiſſe, ut magis nutriant, neque ſimul noceant.*

ſata undique a circumfuſo igne, extima parte fumorum (7) exhalatio intercipitur. Nuda vero prunis impoſita, fumos exhalant depuranturque. Elixa, aſſis præſtantiora ſunt: nam aquæ humiditas, ne foci caliditate exiccentur, obſiſtit. Parantur, & hæc quoque dupliciter. Vel enim integra caldariis ſuperne infuſa elixantur, vel ex teſtis fractis in aquam fermè fervidam, conjecta coquuntur. Quorum illa quidem, ubi penitus incraſſata fuerint: deteriora habentur; teſtæ enim quo minus craſſities eorum attenuetur, ac fumi diſſipentur, obſtant, & impediunt: ſed ſi ab igne, cùm liquida adhuc compacta, denſataque non ſint, auferantur, meliora fiunt. Hæc vero calor penetrat, craſſitiemque attenuat, & odoris inſuavitatem avertit, unde cæteris omnibus laudabiliora cenſentur. Longe vero ſeipſis meliora

---

¶ [7] *Non video quid ab ovis exhalare poſſit, præter ſubtiliorem partem humoris contenti, in quo præſtantia poſita eſt, quam retinere oportet, ne forte deteriora evadant, quod, ut poſſit impediri, neceſſe eſt, ut non indureſcant a crebra coctione. Quoties vero cineribus involvuntur, fumorum exalatio impeditur, dum concoquntur, ſupereſt, ut meliora evadant: ſed talis exhalatio, neque impediri poteſt, cum ſit ignis inevitabilis effectus, uti pariter induratio. Prunis vero admota facilius exiccantur, & eorum teſtæ pariter comburuntur, unde ingratiſſimus odor: quod in Textu (dictione* depaſcitur *) acriter damnatur.*

adhuc redderentur, ſi ad mediocrem conſiſtentiam coctis, confeſtimque a ſoco ſummotis, aceti nonnihil, cum butyro & croci momento commiſti inſpergeretur. Quæ vero, ἐπὶ τῶν τηγάνων, ideſt, in ſartagine ſpiſſantur, atque ob idipſum τηγανιστὰ, ideſt, frixa nuncupantur, peſſimum habent omnibus modis alimentum, tardèque tranſeunt. Nam interim, dum in ventriculo concoquuntur, in nidorem, ac fumum abeunt, ſecumque admiſtos cibos corrumpunt, & ſuccus inde prognatus, non ſolum craſſus, verumetiam pravus, atque excrementitius eſt. Quapropter inter deterrimas earum rerum habentur, quæ concoqui nequeunt. Iis vero nocentiora adhuc fiunt, quæ in vetere, & ferrea [8] ſartagine friguntur, In iure denique cocta, Iſaaco in diet. univerſalib. teſte, locum inter aſſa, ac ea, quæ in aquam fervidam conjecta coquuntur, medium obtinent. Porro quæ πνικτὰ, ideſt, ſuffocata appellantur, elixis, & aſſis, ſunt meliora. Ea Galenus, ad hunc modum parare docet: Ubi ipſa

---

¶ [8] *Ex ferro nihil abſtrahitur ope ignis, & olei, aut adipis, vel ſi quid, venenum non eſt. Aenea autem ſartago ad frigendum periculoſiſſima, eo magis ſi ſtanno non fuerit optime munita, nam ab ea, quovis menſtruo, oleo, adipe, ſale, ſaccaro, vel acido limoniorum, mortiferum abſtrahitur venenum, quod, niſi mortem, ſaltem vomitum, convulſionem, dolores, & alia pejora mala inducit.*

oleo, ac garo, & pauco vini conſperſa fuerint; vas quo continentur, cacabo, aquam calidam habenti, inditur; deinde ubi ipſum totum ſuperne obturatum fuerit; ignis ſubſtruitur, quoad ova mediocrem habeant conſiſtentiam: Quæ enim ſupra modum fiunt craſſa, elixis & aſſis ſunt ſimilia. Quæ vero ad mediocrem craſſitiem pervenerunt; melius quam dura concoquuntur, & alimentum corpori dant præſtantius. In ipſis quoque ovorum partibus diſcrimen eſt. Vitellus (9) namque ſicuti a Rhaze lib. 3. ad Almanſor. cap. 14. ſcribitur; in caliditate temperatus exiſtens, optime nutrit. Albumen vero frigidum, & glutinoſum eſt, ægre concoquitur, & ſanguinem pravum generat, eaque ratione adducti nonnulli, albumen debilioribus exhibendum negant. Vitellus quoque, proprietate quadam ſubſtantiæ, facilè inflammatur, & in fumos abit; quo fit, ut in febribus, & ægritudinibus calidioribus [10] nonniſi probè alteratus, exhiberi

¶ (9) *Licet magis nutriat, quam albumen; citius tamen, quam albumen corrumpitur: Nam vitellus, & albumen, per dies ſeorſim ſervati in vaſibus clauſis; non eodem tempore corrumpuntur. Ubi vero vitellus, in putridum liquamen abit poſt paulos dies; albumen per ſeptimanas incorruptum ſervatur.*

¶ [10] *Nimirum à Bilis corruptione, & à quacumque viſcerum putredine ortis, ovorum uſus, morbum auget, quia corruptioni favet. Conceduntur*

debeat. Alteratur autem ex Joannis Michaelis Savonarolæ ſententia, ad horas plus minus ſex in aqua frigida infuſus. Simeon Sethi, hoc quoque addit, Ova, proprietate quadam peculiari εὐφυΐαν, id eſt, ingenii fœlicitatem & bonam habitudinem tribuere iis, qui τὰ νάμματος θυγατρῶν ϰ̀ ταύρȣ βȣτύρȣ, hoc eſt, cum textura filiarum tauri, id eſt, melle, & butyro aſſidue eſitaverint. Sed Galenus libro 5. de ſanit. tuen. cap. 8. de cibis, ex quibus obſtructio incidit, mentionem faciens, ſenes hortatur, ut a multo ovorum eſu abſtineant, quod nimirum craſſum, lentumque ſuccum creent. Qui utique locus non ſimpliciter de omnibus ovis intelligendus venit, ſed de iis, quæ vel elixa, vel toſta penitus denſata ſunt, item de frixis & veteribus. Leonhartus Fuchſius, hunc Galeni locum in Grecis exemplaribus corruptum putat, & pro ὠῶν legendum eſſe ὄων id eſt, ſorborum, ὄα enim ϰ̀ οὖα Græcis Galeno lib. 8. de ſimp. medic. facult. cap. 13. teſte, ſorba ſunt, quæ certè, ut idem tradit, adſtringentem, atque adeò obſtruentem facultatem obtinent. Leontius apud Conſtantinum Cæſarem lib. 13. de agricultura cap. 17. etiam modum tradit, quo ova, diu a

---

tur tantum, acida, & refrigerantia: atque quoties indicatio vitalis urgeat, paſtacea, & omnia, quæ in acidum inclinant, convenire videntur, nocent pariter, juſcula, & carnes.

corruptela ſervari poſſint. Ova ipſa, inquiens, ſervabis, [11] hyeme quidem in paleis, æſtate in furfuribus. Alii, aqua abluta ova, ſale tenui intingunt, & ſic conſervant. Quidam, ad tres, aut quatuor horas, in muriam tepidam mergunt, deinde extracta in furfures, aut paleas deponunt. Attamen ei, quod in muriam, aut ſalem impoſitum eſt, pars aliqua decedet. Cæterum plenum ovum, aut non plenum, cognoſces ex immiſſu in aquam: defectuoſum enim innatabit, plenum deorſum demergetur. Eadem etiam a Columella de re ruſtica lib. 8. cap. *6.* & a Plinio lib. 10. cap. 54. & *60.* prodita ſunt. De

---

¶ [11] *Non repugnat: Sed quia ovorum præſtantia in partium tenuitate reponitur, atque hæc in recentibus tantum haberi poteſt; unde, etſi ova, a corruptione ſervari poſſunt, nequit ſervari qualitas illa, quæ in recentibus tantum invenitur. Hæc enim ovorum perfectio, a calore animali, videlicet ab ipſa Gallina provenit, quo evaneſcente, deteriora evadunt. Verum ex hoc non liquet, ova, calore etiam naturali analogo ſervari poſſe, quia facile corrumpuntur; vel fœcundata, animalculum ederent. Servantur ergo frigore, vel quomodolibet, ut corruptio impediatur: exiccantur interim, tum quia ſubtilioris liquidi exalatio nullo modo poteſt impediri; tum quia reliquæ partes, ipſo frigore denſantur, unde minus comode digeri poſſunt, & cum metu corruptionis.*

ovis plura Galenus lib. 3. de alimen. facult. cap. 21. & in lib. de cibis boni, & mali ſucci, cap. 7. Paulus lib. 1. cap. 83. & Aetius lib. 2. cap. 132.

SECUNDUM, vina rubentia: ubi ante omnia ſciendum, vinum [12] quidem, ex eorum

---

¶ (12) *Alit utique, num vero, vires, aut carnes, videre eſt. Impoſſibile enim videtur, vinum in carnis ſubſtantiam mutari poſſe, cum jam ſatis clare conſtet, omnia, quæ proprium ſaporem, & characteres retinent, in alimentum abire non poſſe, vel quia in machinis preſſoriis corporis humani, hæc vis aſſimilatrix non viget; vel quia revera aſſimilari nequeant, quomodolibet fuerint ſubacta. Vinum autem, & diu ſuos characteres retinet, quia epotum, ſpiritus ſuo odore, utplurimum acido inficit, etiam nyctemeri ſpatio, & chemica analiſi ſpectatum, alkool, & Flegma exhibet: quamprimum alkool evolat, acetum evadit nutritioni prorſus adverſum; ſub viribus digeſtionis alkool evaneſcit, antequam in ſanguinem abeat, vel ſanguinem ingrediens, ejus craſim lædit, & fortaſſe ita deſtruit, ut nutritioni nequeat inſervire. Experientia ſatis compertum habemus, omnes, qui immodice vino utuntur, emaciari potius, quam nutriri, imo in varios cronicos morbos incidere, curatu difficiles. Poteſt enim adferri Hippocratis auctoritas, ut inde probetur, vinum nutrire poſſe, qui in ſuis Aphoriſmis ait:* Vini potio famem ſolvit. *Ve-*

eſſe numero, quæ noſtrum corpus alunt. Nam ſi modo quicquid alit, alimentum eſt, vinum

---

rum famem ſolvere idem non eſt, ac corpus nutrire. Fames autem cum ſit effectus ſenſationis nervorum cardiacorum, qui in ſtomaci inanitione invicem teruntur, & ciborum adpetentiam excitant, ut eorum contactus, & adtritus, ab interpoſitis alimentis avertatur. Similiter hæc nervorum ſenſatio, poteſt alio modo impediri, vel nervos ipſos ſtupefaciendo; vel ita roborando, ut in reciproco adtritu, non adficiantur ab illa moleſta ſenſatione, quam adpetitum vocamus. Vinum autem cum duplicem hunc effectum producere valeat, famem tollit: nimirum, tum quia nervorum ſenſum ſopiat virtute ſua narcotica; tum quia novum robur eis conciliet. Inſuper negari non poteſt, vinum majori digeſtioni indigere, quam aqua, quia ejus partes rudiores ſunt, & majori cohæſione donatæ, quæ ut ſolvantur, majorem adtritum fibrarum, & nervorum requirunt, quod quidem de omnibus alimentis, quæ diu ſaporem, & proprios characteres retinent, verificatur. Alia quoque præſtat ratio, quæ vinum nutrire poſſe negat. Ex ſupradictis jam habemus, vinum vel ſtupefaciendo, vel roborando, famem ſolvere. Quoties enim ſolvitur fames, minuitur ciborum adpetentia, & parciora alimenta ſumuntur; unde minuitur quoque nutritionis materia, præſertim in Ebriis, in quibus omnium alimentorum adpetentia perit, unde ſine adpeten-

etiam

etiam in genere alimentorum, eſt ponendum. Verum permagna ejus ſecundum colorem, differentia (13) eſt. Nam hæc quidem alba ſunt, alia rubra, & clara, nonnulla ruſa, ſive, ut vulgo dicuntur, citrina, quædam vero nigra, alia rurſus, medium inter hæc obtinent. Ex quibus omnibus alba, (14) cæteris, tum imbecilliora, ac

---

tia, & ſine alimentis nemo poteſt nutriri. Verumtamen ex adverſo, etſi vinum non nutriat, quia caret partibus nutrientibus, modicè tamen uſum, virtute ſua, concurrit ad faciliorem nutritionem, vel quia ventriculi nervos roborat, & fibrarum momentum auget, ut digeſtio alimentorum melius abſolvatur, vel quia virtute antiſeptica, ciborum corruptelam impedit, unde omnia bene digeſta, in ſuccum, & ſanguinem converſa, nutrire melius valent. Tandem inſenſibilem auget perſpirationem, atque omnes ſordes, & lentores expellit, qui bonæ nutritioni opponuntur; aut, ob vires preſſorias adauctas, in uſum nutritionis convertit.

¶ (13) *Quoad calorem, vinum, vel eſt rubrum, vel album. Rubrum, non ſemper æque rubet, nunc vero ita rubet, ut fere nigrum adpareat, & difficile digeritur; nunc longe minus, & carnis loturam aemulatur. Idem de vino albo dici poteſt. Cæterum de colorum differentiis, vix aliud dici ſupereſt.*

¶ (14) *Ut plurimum, facile digeruntur, eo magis ſi ſubacida fuerint, & nimio alkoole ca-*

minus calida habentur, tum minoris etiam alimenti; non ergo ab re, capiti, nervisque noxia ſunt, urinam cient, & meatus aperiunt. Quod debiliora ſint, manifeſtiſſimum omnibus fit, ex iis, quæ Galenus com. 1. in tertium librum Hippocratis de victus ratione, in morbis acutis ſcribit, inquiens: Vinum potens, vehementer, celeriterque, corpus calefacit, caputque ferit. Imbecillum, contrario agit modo. Cum igitur minus, & calefaciat, & caput tentet, neceſſario etiam, imbecillius erit. Quod deinde minus calefaciat, idem com. 6 in citatum Hippocr. lib. clariſſime oſtendit. Nempe, inquit, ex vinis albis, nullum valenter calefacere poteſt. Quod enim ſumme calidum eſt, id continuo, & flavum exiſtit, veluti, & quod ab ipſo eſt, fulſcant; quod de rubris etiam verificatur, & tunc oligophora dicuntur, nimirum aquoſa, quæ virtute, fere ſpecifica, diureſim movent, neque caput gravant; nam ſicuti omnia acida, & aqua ipſa, virtute diluendi humores nimis cohærentes, donantur, ita omnia vina oligophora, ex quorum tartaro in Doliis relicto, cremor elicitur, qui eadem virtute diuretica nimis præſtat, & ſanguinis aeſtum mirabiliter ſedat. Hujuſmodi enim vina, partes facile diviſibiles habent, ideo urinam cient, & citius, quam alia, tranſeunt. Ideo in Textu dicuntur minoris alimenti, quia minus in ventriculo, ſub viribus digeſtionis perdurant, & parum, aut nihil inebriant.

vum. Mox ab his rubrum, & deinde dulce. Album autem, minus quidem his omnibus calefacit. Quod verum utique experientia comprobabit, ſi vina, ejuſdem inter ſe territorii, comparentur. Nam inter vina rubra, & ruſa, Gallica nonnulla, albis quibuſdam alibi natis, longe, & potentia, & caliditate inferiora reperias. Quare eiuſdem territorii vina, inter ſe conferenda ſunt. Quod vero vina alba, minus quam reliqua alant, declarat ipſorum natura, præterea Galenus comment. 11. lib. 2. aph. idipſum, in eum ſcribens modum, confirmat: Vina aquoſa (ſic autem nominantur alba, & tenuia] ſicut aquæ ſimilem formam habent, ita etiam vim: quare urinam cient, & minimum nutriunt. Idem, comment. 18. eiuſdem libri. Vina, inquit, aquoſa, exiguum præbent corpori alimentum. Sunt autem hæc, colore quidem alba, tenuia vero, ſubſtantia. Idem in libro de cibis boni, & mali ſucci, cap. 17. de iiſdem, ita ſcriptum reliquit: Vina, quæ aquoſa, tenuique ſubſtantia ſunt, urinam (15) movent, & pauciſſimi ſunt nutrimen-

---

¶ [15] *Hæc excretio continet notabilem partem ſalis, quod cum alimentis ingeritur, oleum ſolutum, & aquam, quæ ab humoribus indigenis, vel ab aqua ipſa reſultat, quoties, vel nutritioni, aliiſque humorum præparationibus non inſerviunt. Unde poſt varias viciſſitudines, & mutationes, excrementitii evadunt. Ex hoc enim liquet, omnia potulenta, quæ pro nutritione inu-*

ti. Quod minus etiam caput feriant, Galenus lib. 5. de locis affectis cap. 5. iis oſtendit verbis. Vinum album, atque modice aſtringens, (16) ut ventriculum robuſtum efficit, ita haudquaquam tentat caput, id quod facere ſolent ea, quæ vehementes vires obtinent. Avicenna quoque 3. 1. doct. 2. cap. 8. in hunc prope modum ſcribens, idem confirmat: Vinum album, & tenue, calorificis præſtat; non enim capitis dolorem efficit, ſed eundem potius, ubi forte ex ſtomachi ardore initium duxerit, humectando levat. [17] Cur autem cæteris, caput minus feriant, ejus rei cauſa, alia non eſt, quam

---

tilia ſunt, vel in humores recrementitios commutari non poſſunt, ſub urinæ forma excerni.

¶ (16) *Sive album, ſive rubrum fuerit, quoties adſtringendi virtute præſtat, difficile eſt, ut Caput non gravet. Nam quo ventriculum robuſtiorem efficit, eo, & omnia vaſa, quæ pariter robuſtiora facta, majori celeritate ſanguinem ad caput, & ad reliquas partes impellent.*

¶ [17] *Solummodo quando dolor capitis ab indigeſtionibus, propter ſtomaci debilitatem, producitur: quo caſu, vinum, ſtomacum roborando, & alimenta præſervando a degeneratione, dolorem avertit: Quod ſi humectando lævaret, hoc lævamen, melius per aquæ potionem, quam per vinum haberetur. Præterea vinum, ſemper capiti inimicum, eo magis, ſi nimis roborans fuerit, uti mox ſupra.*

quod minus fument, evaporentque. Quod denique meatûs aperiant, urinamque moveant, Hippocrates lib. 3. de victus ration: in morb. acut. aphor. 6. iis verbis diſerte ſignificavit: Ad veſicam, alio vino, magis penetrat, urinaſque provocat, & perpetuo perrumpit, atque multa, ad opem his morbis ferendam, facit. Rationem ejus rei tradit Gal. lib. 7. meth. med. c. 6. in eum ſcribens modum: Vina aquoſa, vires organorum adaugent, (18) & expellendis excrementis, viam faciunt. Eoque fit, ut etiam talia vina, præter cætera, urinam moveant, quando, & ipſa totum corpus celeriter tranſeunt, & impetu curſus ſui, excrementa ſecum expellunt: Celeriter certè tranſeunt,

---

¶ [18] *Non videtur, hoc exequi poſſe per vina alba, & tenuia, quæ, cum multam contineant aquam, vaſa roborare nequeunt. Nam aqua ipſa, largius epota, diureſim uberrimam aperit, & vaſa laxat ſimul, præſertim tubulos urinarios. Negari autem non poteſt, vaſa robuſta, omnes evacuationes majores efficere, quoties vero eorum robur in ſyſtole, & diaſtole conſiſtat, nimirum in adaucto momento, ex quo humorum circuitus celerrime abſolvitur, & in eadem ratione, ſecretiones, & excretiones aquæ, celerrime ſequuntur. Si vero vires vaſorum, in ſyſtole tantum fuerint adauctæ, circulatio tardior erit, quam antea, & evacuationes imminutæ. Sub hyſtericis convulſionibus ſupprimitur urina, & inſenſibilis perſpiratio, propter renum ſpaſticas contractiones, quibus tandem cædentibus, aquea prodit. Idem*

tum quia, tenuia, & tepida ſunt, tum quia adſtringunt. Tenuitate enim, & tepiditate, promptè mobilia fiunt, adſtrictio autem ipſa, magis impellit. Ex quibus jam, illud quoque elicitur, nempe alba, & tenuia vina, tuto exhiberi corporibus, intemperie, vel naturali, vel quoquomodo adventitia, bilioſis (19): æque vero, & ſtudioſis, & quibuſcunque, caput, vel naturæ ipſius habitu, vel ab alia quapiam extrinſecus obrepente cauſa, imbecillius exiſtit: pari modo, & iis, qui calidam, & humidam cerebri temperaturam obtinent: quippe vina potentia, ita affectis, adverſiſſima ſunt. Cumulatim enim, quemadmodum loco jam citato Avicenna oſtendit, caput humoribus, vaporibuſque, & caliditate replent, valideque cerebrum perturbant, & maturius ebrietatem inducunt. Quod ſi tamen, res cogat, aliquando eis uti, copioſiore prius aqua, diluenda ſunt. Jam vero & calidiorem ventriculi, atque hepatis temperaturam haben-

---

evenire obſervamus in Epilepticis, qui ſi urinam inviti emittunt, illam tantummodo emittunt, quæ in veſica continetur, illa autem, quæ ab arteriis emulgentibus ſtillare debet, ſupprimitur omnino.

¶ (19) *Nil tam efficacius Bilem temperat, quam acidum, ideo bilioſis, tutius conceditur, quam phlegmaticis, atque omnibus, qui corpus, quotidiano exercent labore, & æſtivo tempore, cum ex proprietate, omnia acida nimium calorem, & ſanguinis motum temperant. Qui vero acido ſpontaneo laborant, ab illis, abſtinere debent.*

tibus, nimiςque æſtu, & ardore, fameque, aut mœrore vexatis, atque item in anni tempore, regione, tempeſtateque calida, vina debiliora, magis conferunt: ut in quibus, calida vina, eos, qui refrigerandi ſunt, in primis calefaciant, capitisque dolores, & febres facile inferant, nervoſque lædant,

Vina vero rubra, & clara, cujuſmodi, Bellovacenſia, cumprimis habentur, cæteris calidiora ſunt. Quod breviſſimè Galenus comment. 6. in 3. Hippocr. lib. de vict. rat. in morb. acut. iis verbis ſignificavit: vinum, quod ſummè calidum eſt, id continuo, & flavum exiſtit. Eadem, cæteris quoque valentius alere, idem comm. 11. lib. 2. aphor. ita ſcribens atteſtatur: Quæ craſſa ſunt, & colore rubea, plus alimenti habent, quam reliqua vina. Ineſt autem eis, & citiſſime implere corpora evacuata, & ob hoc, indigentia, actione. Quod ita ſane intelligendum venit, ut vina rubea, ea de cauſa firmius alere dicantur, quod ex ipſis, plus in membrorum ſubſtantiam convertatur. Hac ratione, & nigra cæteris præferri poſſunt, quod, & ipſa nimirum, non mediocre, neque diſſipatu facile alimentum corpori tribuant. Atque hinc certè non temerè a Galeno comment. 18. lib. 2. aphor. ita ſcriptum eſt: Craſſa, & flava multò quidem magis corpus alunt, ſed tantum vincuntur a nigris in nutriendo plurimum, quantum ſuperant in præſtando, acervatum, & velox alimentum. Eodem planè modo, & illa intelligenda, quæ ab Iſaaco in diætis particularibus ſcribuntur: Ubi vinum nigrum,

plenioris alimenti, quam rubrum eſſe contendit. Cæterum, vina quidem hæc, colore rubea, ut urinam levius, quam alba cient, ita majorem capiti noxam adferunt (20). Animalis enim facultas promptius, quam naturalis, aut vitalis, calido offenditur. Quia calidum, caput prompte ferit, ac ſpiritum animalem diſjicit. Spiritus enim hic ſubtilis, ac ut ab omni excellente calido diſcutiatur, idoneus eſt. Quo fit, ut ejuſmodi vina, debile cerebrum habentibus, exhibenda non ſint, niſi diluta, & exigua planè copia. Ab iis verò, quibus bona cerebri habitudine, ac firma ſanitate frui, datum eſt,

---

¶ (20) *Vinum rubrum* [*generoſum præcipue*] *non ſolum ventriculum, ſed cor mirifice roborat, ejuſque momentum intendit* [*Vid. adnotat. n.* 2.) *ideo agitur ſanguis per arterias charotides ad caput, majori copia, & celeritate, qui cerebri tenella vaſa diſtrahendo, gravedinem, & vertiginem producit; atque ob motum adauctum, ſpirituum æquabilem motum turbat* [*Vid. T.* 4. *Prælect. Boerh. Fol.* 296. *in adnot. n.* 2.] Nempe ſanguis paulo citatior ad cerebrum adpellens. *Verum cum moderamine epotum, animi hilaritatem, motus promptiores efficit, lentores diſcutit, ideas, & conceptus excitat lepidos. Poetæ, a vini potione in æſtrum rapiuntur faciliime. Ultra tolerantiam vero, vires proſternit, & ſenſus omnes internos, & externos obtundit, ita enim vaſa capitis implentur, & turgent, ut ad partes ſpiri-*

tutius ebibuntur. Firma namque cerebri conſtitutio, ut elevatis ad ſeſe vaporibus ſtrenuè obſiſtit, ita ab iisdem etiam, minus offenditur. Ubi hoc quoque ignorandum non eſt, nempè, motus ingeniorum [21] in ejuſmodi hominibus,

---

tus nimis tarde fluant. Similiter ob virtutem narcoticam nervi omnes obſtupeſiunt. Inſuper cum ejus partes, præter ſpiritus, nimis inter ſe cohæreant, majori indigent digeſtione, ut ſolvi poſſint, ita ſanguini affuſæ, & cum ſanguine circumductæ, ut in partibus tenuioribus ſolvi poſſint, excretioni aptæ longiori circulatione indigent. Interea quia cordis momento majorem exhibent reſiſtentiam, propter majorem gravitatem, maiorem pariter, motus quantitatem recipiunt: unde ex dinamicis, moveri debent in lineam rectam, & maius ſpatium percurrere. A corde enim egreſſæ, per charotides internas diriguntur, quæ rectiſſimum iter a corde ad caput exhibent. Ex his enim eruitur, huiuſmodi vinum facillime inebriare, & ebrietatem longiorem facere, etiam propter ſpirituum quantitatem, qui caput attollunt, præſertim in debilioribus, ut in Textu, quamprimum per diuturnam circulationem digeruntur, ſolvitur ebrietas.

¶ [21] *Quoties fertur ad caput ſanguis maiori copia, & celeritate, ſequitur, ut illuc quoque maiorem ſpirituum materiam convehat, atque ab illis, ad partes, per nervos pariter, maiori copia ſpiritus affluant. Vid. adnot. anteced.*

ſi vino bono, ac potente, moderatè utantur; longe ſeipſis, & ad excogitandum acutiores, & ad explicandum, ornandumque uberiores, & ad memoriam denique, firmiores, atque diuturniores evadere. Spiritus enim tenues, clari & puri, ex bono vino potiùs, quam quovis alio potu generantur. Hinc eſt quod Theologica in contemplatione circa ſacroſancta Dominicæ paſſionis myſteria, optima cumprimis vina deligunt, quæ ob idipſum, jam paſſim etiam, *Theologica* nominantur. Hæc utiliter, iis quoque dantur, qui calefaciendi ſunt, utpote pituitoſis, frigidiſque temperamentis, crudique humoris copia refertis, tum iis, qui frigidis in locis otioſius vivunt. Dantur quoque in hyeme, frigidaque, & humida tempeſtate. His enim omnibus, ideo quod frigiditatem corrigant, & obſtructiones tollant, accomodatiſſima ſunt: Genuinum calorem refocillant, unde concoctio melior, ac ſanguis probus evadit, cibum per omnia corporis membra, ut quæ facile penetrent, deducunt. Quamobrem ex morbo emaciatos, reficiunt, corporaque ipſorum augent. Etenim cibi cupiditatem faciunt, pituitam extenuant, & in ſanguinem commutant, bonum colorem conciliant, animo lætitiam, voluptatemque pariunt, & robur adjiciunt. Harum itaque commoditatum moderata vini potio, immoderata vero, contrariorum occaſionem præbet.

VINA vero, rufa, ſive citrina, minus quidem, quam rubea, & flava; excellentiùs tamen, quam alba, tum calefaciunt, tum nutriunt: quo fit, ut caput etiam, quam alba,

magis offendant, quemadmodum fuſius comm. 1. & 6. in 3. Hipp. lib. de vict. rat. in morb. acut. Galenus monſtravit. Hæc etiam, alba, à quibusdam vocari ſolent; hinc eſt quod quidam dicunt, vina alba, cito plurimum calefacere.

VINA verò nigra, minus quam rufa, calefaciunt, unde minus etiam caput feriunt: ſed cum tardius per alvum, quam alba tranſeant, urinamque levius moveant, vehementius etiam, quam alba, caput tentant. Et hæc ipſa plenius quidem, quam alba, & rufa, minus verò quam rubea nutriunt, ut copioſius, locis paulo ante citatis, Galen. oſtendit.

TERTIUM, pinguia jura [22]: hoc eſt

¶ [22] *Continent mobiliores, & teneriores carnis partes, quæ per ebullitionem ab ipſa carne ſecedunt. Hæc enim, ebullitio digeſtionis vices gerit, eo magis ſi crebra fuerit: imo efficacius quam ſtomacus ipſe, carnes digerit: nam ejus actio nunquam coherentes partes, fibras nempe carneas, & tendineas componentes, ſolvere valet, quarum maxima pars, a digeſtione ſuperſtes, cum fæcibus confuſa excernitur. Juſcula autem quæ ſunt caro in ſuccum tenuem converſa, abſque multa digeſtione in chylum, tandem in ſanguinem, & nutrimentum abeunt. Idem quoque de ovis ſorbilibus, & de lacte dictum volumus; Ob eamdem ſatis plauſibilem rationem Hippocrates in ſuis Aphoriſm. dictum reliquit:* Facilius impleri potu, quam cibis. *Sub potu enim, omnia alimenta comprehen-*

ſorbilia ex juſculis carnium, & præcipuè pullorum confecta, ζωμοι και ζωμίδια Græcis; Brodia vero, vulgo appellantur. Quæ ſanè, cum naturæ amica ſint, citius tum concoquuntur, tum per ventrem ſubeunt: nam quæcumque cum voluptate aſſumuntur, iſta ventriculus avidius amplectitur, faciliusque concoquit: plurimum corporibus exhibent alimentum, & bonum ſanguinem producunt, idque excellentius adhuc, ſi cum ſimilaceo pane præparentur. Simila enim, vel ſimilago, ideſt ſubtiliſſima, ac puriſſima delicatiſſimi tritici farina, σεμιδαλις à Græcis dicta, copioſum, & laudabile corporibus alimentum præſtat, ut teſtis eſt Rhazes lib. 3. ad Almanſ. cap. 3. Tria hæc alimentorum genera, quæ exigua mole, plutimum nutrire oſtendimus, Avicenna quoque 2. 1. doct. 2. Sum. 3. c. 5 breviter iis ferè verbis complexus eſt: Cibus ſubtilis, boni ſucci, & plurimi alimenti, eſt exempli gratia, ut jus carnium, vinum, & ova, eaque, tum ſorbilia, tum tremula, Talia enim, exigua mole, plurimum nutriunt, quia maxima ſubſtantiæ ipſorum portio, in alimentum tranſit. Unde ſequitur tandem, & robur inſigne conciliare iis, qui ipſis, ſæpius uſi fuerint.

Additio jocoſa de Vino Theologico ex Chil. 3. cent. 2. Proverb. 38. Eraſ. Rot.

---

dens, quæ ſine maſticatione, & fortaſſe ſine digeſtione, vel minima tantum, ingeruntur.

Has tempeſtate, inquit, apud Pariſios, vulgari joco, vinum *Theologicum* vocant, quod ſit validiſſimum, minimèque dilutum. Nec infeſtiviter quidam, hujuſce Proverbii cauſam rogatus, reſpondit: A jureconſultis occvpari, quas vocant Præbendas, Decanatus, & Archidiaconatus, Theologis nihil reliquum fieri præter curata, quæ vocant, ſacerdotia. Cæterum quoniam de paſtoribus ſcriptum eſt, Peccata populi comedetis, nimirum ad cibi, tam duri concoctionem, opus eſſe vino efficaciſſimo, atque hinc eſſe natum vulgi dictum.

CAP. IX.

DE CIBIS BENE NUTRIENTIBUS, ET IMPINGUANTIBUS.

Nutrit triticum, & impinguat, lac, caſeus infans,
Teſticuli, porcina caro, cerebella, medullae,
Dulcia vina, cibus guſtu jucundior, ova
Sorbilia, & ficus maturae, uvaeque recentes.

DUODECIM alimentorum genera, plurimum nutrientia, & impinguantia, hoc loco referuntur.

PRIMUM, Triticum [1]: ut panem videlicet triticeum, per triticum intelligas. Hic enim Avicenna teſte: Canon. 2. cap. 572. celeriter impinguat, præſertim ſi ex novo tritico, præparatus fuerit. Porro, quod ad tritici temperamentum attinet, ipſum eſt primi ordinis excalefacientium: non tamen, nec reſiccare, nec refrigerare manifeſto poteſt, quemadmodum Galenus lib. 8. cap. 72. de ſimpl. medicament. facult. & poſt eum Paulus lib. 7. luculenter, & perſpicuè docuerunt. Hinc etiam Rhazes lib. 3. ad Almanſ. cap. 2. ita ferè, ſcriptum reliquit: Triticum moderato proximum, aut paulo calidius [2].

¶ [1] *Qualis a Frumento componitur bene trito, prævia fermentatione. Frumenti enim ſpecies variæ ſunt, omnibus fere notæ, ex quo duæ ſubſtantiæ ſatis diverſæ eliciuntur, excepto furfure, quod ab externa membrana, poſt triturationem, reſultat. Prima exterior, quæ in rudiorem pollinem abit; ſecunda interior, quæ ſubtilior prima, atque albior, Farinam conſtituit, quæ apud veteres* Simila *vocabatur. Ex prima, ſpiritus Frumenti, ſive Alkool a Chemicis elicitur, licet integrum frumentum adhibeant, ſecunda tota acida eſt, & panem dat ſubtiliſſimum, facilis digeſtionis, bilioſis valde utilis. Panis vero, qui ex illa paratur, majorem continet ſubſtantiam acido adverſam, difficilioris digeſtionis, & majoris nutrimenti. Hinc facile fertur ab illis, qui acido vexantur.*

¶ (2) *Fortaſſe male fermentatus, quia maxi-*

eſt, præſtantia ejus ſumitur, partim quidem a propria ſubſtantia, partim vero a præparationis modo. Quod quidem ad ſubſtantiam attinet, eſt & in tritico, non parva ſpeciatim differentia: quippe, quod grave eſt, ac denſum, & in profundo flavum, copioſiſſimi id alimenti eſt, craſſique ſucci, ac lenti: contra quod leve eſt, & rarum, & album, minus nutrit, ſuccumque gignit, craſſum minus, ac lentum; atque ejus rei locupletiſſimus, idemque graviſſimus teſtis eſt Galenus, qui lib. 1. de aliment. facult. cap. 9. Ita ſcribit; inter tritica, plurimum habent alimenti, quæ denſa ſunt, totamque ſubſtantiam habent, adeo compactam, ut dentibus vix dividi queant. Talia enim exigua mole, corpora plurimum nutriunt: quæ vero iis ſunt contraria, quæque dentibus quidem facilè franguntur, fractaque rara, ac laxa adparent, magna mole, exiguum reddunt alimentum. Quod, ſi utrorum parem modum pendere libuerit, quæ denſa ſunt, multo graviora eſſe comperies. Hæc autem ſunt colore etiam, laxis flaviora; Explorare autem horum naturam non ſimpliciter oportet, ſuperficiem externam dumtaxat contemplando, ſed di-

---

mam ſtomaci viribus reſiſtentiam opponit, unde aliquando anxietates, extuctationem, & cardialgiam excitat. Cæterum, qui ex ſola Farina paratur, prout in acidum vergens, omni calore deſtituitur, niſi potius ſtomaci ardorem faciat, dum aceſcit.

videndo quoque ut diximus, ac frangendo: multa enim, quæ extrinſecus flava, ac denſa fuerint viſu, rara intus, ac laxa, albaque, apparuerunt. Hæc ille. E quibus ſanè verbis illud etiam ſequitur, nempe panem ex denſo, gravi, ac flavo tritico confectum, omnium eſſe tum præſtantiſſimum, tum maximi alimenti, adeoque magis etiam victus ſalubris rationi convenire, quam qui ex quibuslibet aliis granis confectus ſit. Panem, autem qui ex nigro atque inveterato [3] tritico præparatur, nemo affatim citra ſanitatis diſpendium mandet. Quod ſi quis eis non aſſueverit, etiam ſi minimum ſumpſerit, ægrotabit. Eſt enim injucundus, gravis, concoctu difficilis, & mali ſucci. Contra vero, quod ex electo tritico conficitur, non modo ad concoquendum eſt facilis, ſed hominum etiam corporibus eſt ſaluberrimus, ut qui ſanguinem medium conſiſtentia, generet. Medium autem Galenus lib. 3. de aliment. facult. c. 27. vocat, qui neque admodum tenuis eſt, neque aquoſus, neque vehementer craſſus. Verum hactenus de tritici ſecundum ſubſtantiam electione, hæc dixiſſe huic ſermoni in quo præſtantiam inqui-

---

¶ [3] *Frumentum diu ſubterraneis Foveis aſſervatum talem concipit calorem, uti fere totum in Alkali abeat, aeri infeſtiſſimum, unde Febrium malignarum, & epidemicarum cauſa, & origo, quod ſi in panis uſum fuerit converſum, contagium inferre poteſt.*

rere

rere inſtituimus, ſatis ſit, nunc reliquum eſt; ut de præparatione, nonnihil etiam dicatur, *Sciendum*] igitur quod omnia, quæ ex farina tritici friguntur (4), craſſi ſint ſucci, & tardè tranſeant; jecorisque meatus, per quos fertur alimentum, obſtruant, lienis imbecillitatem augeant, calculos denique in renibus gignant. Quod ſi tamen cocta bellè fuerint, atque in ſanguinem mutata, admodum nutrient. Triticum vero elixum (5), grave, & concoctu difficile eſt edulium

---

¶ (4) *Omnia friza, duplici ratione nocua ſunt, tum quia ipſa præparatio nocet (Vid. Cap. 8. adnot.* 10.) *tum quia adeps difficile digeritur, in rancidum degenerans:* (*Vid. Cap. 7. in dictione* Craſſum] *Non vero, quia quod craſſum eſt, jecur, ejuſque vaſa obſtruat. Obſtrueret potius vaſa lactea, eo quod, per hæc primum, chylus tranſire debet. Adeps vero Homenti venarum, ope; humor lienis, & meſenterii ad Hepar confluunt, pro Bilis præparatione.*

¶. (5) *Simul, & omnia ſemina, quæ vix ingeſta aerem elaſticum dant, qui hypocondria inflat, tormina, flatus, dolores, & ſimilia parit. Præterea longa digeſtione indigent, & ſatis nutriunt: Ideo Ruſticis conveniunt, qui ob motum muſculorum, & vitam laborioſam, facile ferunt, & ſubſtinent, atque vires aluntur, plus quam ab aliis alimentis, quia quæ viribus digeſtionis nimis reſiſtunt, reſiſtunt pariter omnium vaſorum momento, &, in nutrimentum converſa, difficile ſecedunt.*

& inflationes creat. Vires tamen habet magnas, ſi ſic ſumptum concoquatur, nutritque validè corpus, ac robur inſigne iis, qui ipſo uſi fuerint, conciliat, ut lib. 1. c. 14. de alim. fac. & in lib. de attenuante diæta c. 5. teſtatur Galenus. Concoctu autem inter panes ſunt facillimi, qui plurimum ſunt fermentati, & pulcherrime ſubacti, quique in clibano igne moderato fuerunt aſſati. Nam ignis ardentior, primo ſtatim occurſo ſuperficiem externam circumurens, in teſtæ modum indurat, acciditque, duplici nomine pravum panem fieri: priori quidem, quod partem internam habeat crudam, atque illaboratam: poſteriori verò, quod externam, ſiccam habeat, ac præaſſatam, ac teſtaceam. Porro ignis moderato remiſſior, panem minus bellè elaborat, & ipſum crudiorem relinquit; & maximè partem omnem ejus internam. Qui autem in igne moderato, largiori ſpatio, per totos ſeipſos æquabiliter aſſati fuerint, ii tum belliſſime in ventriculo concoquentur, tum ad cæteras actiones, quæ coctionem conſequuntur, erunt accomodatiſſimi. Peſſimi autem panes, ii ſunt habendi, quibus nihil memoratorum ante, adeſt. Plura Gal. lib. 1. de alim. facult. c. 9. & infra c. 24. hujus opuſculi.

SECUNDUM, lac, quod de eo lactis genere cum primis intelligendum videtur, quod ὀξύγαλα Græci, Arabes adohoc, vel adahohe, Barbari vero, balbucam nominant, ideſt lac acidum ebutyratum, Germanicè *Botermelc*. Gallicè *Lait, ou beurre*. Hiſpani *Leche de mantega*. Hoc enim cum pane calido, ſive recenti ſumptitatum, cor-

pora maxime impiguat (6). Verum cum frigidum ſit, ac craſſi ſucci, non ſimpliciter omnibus, ſed iis ſolis, qui id probè concoquant, exhibendum eſt, a ventriculo enim, qui quavis de cauſa, frigidior eſt, minus bellè conficitur; a temperato vero quamvis ægre, conficitur tamen aliquantum. Contra, ventriculi juſto calidiores, [7] ſive ab initio tales fuerint, ſive a quapiam cauſa poſtea in eam temperiem ſint adducti, præterquam quod nihil ab huiuſcemodi edulijs læduntur, commodo etiam aliquo fruuntur. Sed de hoc copioſius Gal. l. 3. de alim.

¶ [6] *Omnia adipoſa, præterpropter, difficile digeruntur (Vid. Cap. 7.) quæ, etiam digeſta in ventriculo, nequeunt apponi partibus nutriendis, niſi poſt varias viciſſitudines: nam primum neceſſe eſt, ut in chylum convertantur, poſtea in ſanguinem, in ſerum, in linpham tenuiſſimam, tandem in materiam alibilem. Satis ergo clare apparet, humanam pinguedinem nil cum butiro, alioque ſimile commune habere: Juſcula potius, lac, ova, animalium teſtes, cerebrum, medulla ſpinalis, abſque magno viſcerum conamine, corpus nutrire poſſunt.*

¶ (7) *Nimirum bilioſi, cum talis, & tanta ſit Bilis efficacia, ut omnia glutinoſa, & adipoſa alimenta ſolvat, atque cum aqua miſceat, ne forte per vaſa, ſeorſim fluant. Non prius Hydrops invadit, quam Bilis virtus pereat, propter Hepatis deſtructionem.*

fac. c. 15. Intelligi etiam de lacte caprino poteſt, de quo c. 7. abundè diximus.

TERTIUM, Caſeus infans, ſive recens, de quo Dioſcorides lib. 2. c. 53. ita ſcriptum reliquit. Caſeus recens, ſine ſale ſumptus, alit, ſtomacho utilis eſt, & facile in membra delegatur. corpus auget, alvum modice emollit: alius tamen alio præſtantior, pro natura lactis, a quo conficitur (8). Eadem fere tradit & Avicen. can. 2.cap.127. Etſi vero caſeus jam dictus abundanter alit, & corpus impinguat; nihilominus tamen, & ipſius eſum conſequuntur nocumenta [9] illa, quæ c. 7. recenſuimus. Quare ad ſecundæ valetudinis uſus inutilis habetur.

QUARTUM, Teſticuli, quod primo quidem, de gallorum ſaginatorum teſticulis intelligendum eſt. De illis enim Galenus l. 3. de aliment. facult. c. 5. in eum ſcribit modum.

¶ (8) *Omnes lactis productiones, ad nutriendum aptiſſimæ ſunt, dummodo in aliam ſubſtantiam non tranſeant: Sicut, & lac ipſum, quod faciliime in noſtrum nutrimentum cedit. Hoc enim in Infantibus verificatur, quorum vires digeſtionis, debiles ſunt, & humores, digeſtioni dicati, nullius fere efficaciæ, attamen nemo eſt, qui melius nutriri poſſit, etiam ab aliis firmioribus alimentis.*

¶ [9] *Quæ de auſteris, & inveteratis verificantur, atque quoties, ultra tolerantiam ingeruntur.*

Gallorum gallinaceorum altilium teſtes, & ſuaviſſimi ſunt, & laudabile corpori præbent alimentum. Et iterum ubi ſupra cap. 6. Soli gallorum gallinaceorum teſtes undequaque, ſunt præſtantiſſimi, & potiſſimum eorum, qui ſaginati fuerint. Et multo clarius adhuc c. 20. eiuſdem libri. Gallorum, inquit, gallinaceorum teſtes ſunt præſtantiſſimi, percipue altilium, & multo magis, ſi cibus eorum, quo ſunt nutriti, ſeroſo lacte fuerit imbutus; nam & boni ſunt ſucci, & valide nutriunt, & ad coquendum ſunt facillimi. Quinetiam Avicennæ teſtimonio Canon. 2. c. 719. eadem confirmantur Exigua præterea mole, eodem Avicen. 4. 1. c. 1. teſte, plurimum nutriunt. Deinde vero, intelligendum etiam de teſtibus ſuum juvenum, mediocriter pinguium, qui nondum cojerunt. Nam quanto ſuum caro alijs eſt præſtantior, tanto horum quoque teſtes, aliorum animantium teſtibus ſunt meliores, quemadmodum diſerte admodum Gal. lib. 3. c. 6. de aliment. facult. demonſtravit. Illud quoque, hoc loco ignorandum non eſt, nempe adultiorum animalium teſticulos, in quibus ſemen jam fermentatum (10) eſt, ad coquendum

¶ (10) *Nemo actenus in humoribus corporis humani, vel Brutorum fermentationem vidit, multo minus in ſemine. Quidquid enim ſcriptum de hac re reliquerunt Antiqui, eſt ſimplex aſſertio, incertis innixa rationibus. Sunt vero præferendi teſtes Juniorum animalium, teſtibus anneſiorum ca-*

eſſe difficiles, ac mali ſucci, juniorum vero, quæ nondum coierunt, & in quibus ſemen nondum fermentatum eſt, præſtantiores ſunt, & laudabile corpori tribuunt alimentum, ſi bellè conficiantur, alij magis, alij minus, pro ea proportione, quam in carne ineſſe diximus.

QUINTUM, porcina caro, de cuius præſtantia, & effectu, ſatis ſuperque diximus capite ſeptimo.

SEXTUM, Cerebrum, de quo copioſe admodum Galenus l. 3. de aliment. facult. c. 7. in eum ſcripſit modum, Cerebrum omne, cibus

---

dem ratione, ac carnes ipſæ anteponuntur: nam teſtes juniorum tenerrima conſtant ſubſtantia, vaſculis nempe exiliſſimis, vaginali tunica expoliatis, aliiſque membranis, ac muſculis carentibus. Accuratiſſimæ anatomicæ obſervationes, hæc vaſa nullo modo detegere potuerunt, multo minus injectiones, quæ, non ſecus, ac in cerebro, fruſtra tentatæ fuerunt. Arteriæ ergo ſeminales, vix ad vaginalem teſtium tunicam adpulſæ, in venas exiliſſimas abeunt, omnino incoſpicuas, quia muſculoſam membranam deponunt, unde motu periſtaltico deſtituuntur, & totam teſtium molem conficiunt; humorem quoque tenuiſſimum continent homogeneum, qui verum ſemen, non adhuc dici meretur, niſi prius per Higmoni ductus, ad vaſa ejaculatoria, & ad veſiculas ſeminales abeat; atque aliquantulum adſervetur. Vid. tom. 5. part. 1. prælect. academ. Boerhaav. pag. 166. Inde ſer-

eſt pituitoſior [11] craſſique ſucci, & tarde per-

tur iſte humor per canales, ſingulæ cellulæ pro-prios, qui ultimo confluunt in ductum Hig-moni &c.

¶ (11) *Cerebri ſubſtantia, nil cum pituita co-mune habet; nam ubi pituita eſt humor lentus, concretus, & ſpiſſus, fere adinſtar ovorum albu-minis: humor cerebri ex adverſo, inſigni partium mobilitate præſtat, ut per vaſa, muſculoſa tuni-ca carentia, & motu periſtaltico, facile fluere poſſit, & nunquam concreſcere, aut utrunque quie-ſcere, quo caſu de functionibus animalibus actum eſſet extemplo. Inſuper ſecernitur a puriori ſan-guine arterioſo, qui per quatuor arterias, in in-finitum extenſas, & convolutas, magnam cerebri molem conſtituentes, charotides duas, totidemque vertebrales, a corde, recto tramite, agitur ad caput. Hujuſmodi arteriæ, ita inter ſe, per innu-meras anaſtomoſes comunitant, ut ſi tres prorſus ligentur, & una tantum pervia fuerit, æque om-nes implentur. Ex hoc enim arteriarum mechani-ſmo factum eſt, ut cerebri humor ab omni cohæ-ſione, & lentore liberetur. Nil enim, tam effica-ciùs ſtaſim impedit, quam arteriarum anaſtomo-ſes. Alia demum ratio probat a pituita prorſus differre; nam ubi pituita a vaſis lateralibus ar-teriarum ſecernitur, a ſolidiori ſanguine ad ea detruſa; Cerebri humor a ſanguine venit, qui partibus ſolidioribus, & politioribus conſtat; at-que per arteriarum axim a corde ad caput fer-tur, omni lentore & impuritate defæcatus.*

means, ac ad coquendum difficilis. [12] Non minimum etiam cerebrum omne, ſtomacho nocet. Quidam, autem ipſius mollicie decepti, ipſum ægrotis exhibent, cum præter alia, nauſeam etiam concitet. Quinimo, cum cuipiam a cibo, vomitum movere vis, huius partem pinguiter conditam, poſtremis epulis edendam exhibe. Illis vero, cave exhibeas, qui cibum non appetunt, quos veteres ἀποσίτυς appellabant. Merito igitur nemo cerebrum, ab alijs epulis mandit, cum omnes, ipſa experentia docti, ſciant

---

¶ (12) *Liquet ex probatis, contrarium omnino. Nam ſi partes, quæ cerebri ſubſtantiam componunt, parum inter ſe cohærent; ſano quidem ratiocinio deduci poteſt, quod facile digeratur; & re vera digeſtio aliud non eſt, quam alimentorum in partes extremè tenuiſſimas diviſio, quæ, ut in aliam mutentur ſubſtantiam, oportet, ut indigenam naturam integre deponant, quam nunquam deponerent, niſi partes, quæ talem faciunt naturam, omnino non deleantur, & fere [ut ita dicam] in ſimpliciſſimam materiam abeant, quæ alio modo iterum concretæ, aliam ſubſtantiam gignunt. Deducendum pariter ex his, omnibus ægrotantibus, & ſtomacc debilioribus, cerebrum concedendum eſſe, quia facile digeritur, & efficaciter nutrit. Neque verum eſt, nauſeam, & vomitum movere, cum potius* pinguiter *conditum, hujuſmodi effectum producat, qui pinguedini debetur, & nimiæ repletioni, quoties cum aliis multis alimentis miſcetur.*

ipſum nauſeam excitare. Iure etiam plerique cum origano mandunt, uti nonnulli cum ſale varijs modis apparato, quippe cum craſſi ſit ſucci, & excrementitii, omnino ſit accommodatius, quando cum incidentibus, & calfacientibus fuerit paratum. Si tamen recte conficiatur, alimentum corpori præſtabit, non contemnendum. Hæc ille. Sunt etiam, qui cerebrum, prius quam mandetur, ſuper craticulam probe inaſſandum eſſe moneant, quod ſcilicet, ejus, immoderatio per ignis caliditatem magna ex parte corrigatur, ac temperetur. Rhazes lib. 3. ad Almanſ. cap. 11. hoc etiam adiungit, nempe, cerebrum, calidæ quidem temperaturæ, hominibus in cibo eſſe utile, frigidioribus vero, quique vitam frigidis paſſionibus obnoxiam degunt, adverſiſſimum, Neque id quidem temere. Quippe ſimilibus, ut teſtis eſt Galenus cum alibi ſæpius, tum percipue lib. 1. de ſanitate tuen. c. 10. quilibet exceſſus augeſcit, contrarijs emendatur, ac minuitur. Ut autem ſummatim de cerebro perſtringam, ad victus ſalubris rationem, parum accommodum eſt, quare ex intervallo potius, ac parce, quam aſſidue, atque affluenter, eo veſcentur, qui ſanitatis tuendæ curam ſuſceperint. Quorundam tamen animalium cerebrum, ceu medicamentum valet. Sic cerebrum capreoli adverſus venena, (13) & virulentarum beſtiarum

---

¶ (13) *Omnia remedia, ſive antidota, quæ contra venenum exhibentur, duplici operantur modo: vel vomitum excitando, & per breviorem*

morſus remedio eſt. Terreſtris leporis inaſſatum cerebrum, manditur juvandis tremoribus, qui valetudine contracti ſunt; affrictu, aut cibo facilem infantibus dentitionem præſtat. Quidam etiam adverſus metum, utiliter edi prodiderunt. Cerebrum pulli & caponis in vino bibendum datur, contra ſerpentium morſus, ſanguinem a cerebri membrana profluentem ſiſtit, & in cibo cerebri ſubſtantiam auget, unde & his, qui tardiori leniorique ingenio ac mente ſunt, prodeſſe dicitur. Quod ad electionem attinet, Animalia volucria exiguum quidem habent cerebrum, ſed ipſum tamen, tanto pedeſtrium cerebro eſt præſtantius, quanto & ſiccius; volucrium autem ipſorum, montana, cerebrum habent quam paluſtria præſtantius, pro aliarum omnium partium proportione. Porro ex pedeſtribus animalibus Avicenna agninum præfert, poſt hoc vero, vitulinum præcipue commendat 2. Can. c. 129.

SEPTIMUM, medulla: de ea Galenus lib. 3. de aliment. facult. cap. 8. hæc prodidit, Me-

---

viam, venenum expellendo, antequam ſanguinem ingrediatur, & mortiferum pariat effectum; vel cordis momentum augendo, quoties venenum humores infeſtaverit, ut ad partes extremas expellatur, & removeatur a vitalibus, atque diaphoreſim promovendo, ut foras ejiciatur. Cerebrum neque unam, neque aliam harum facultatum continet. Si vero in vino fuerit exhibitum, cum felici ſucceſſu, cur his vino non imputabitur?

dulla, inquit, quæ in oſſibus invenitur, cerebro eſt dulcior, jucundior, ac pinguior, [14] adeo ut, ſi ea, inter ſe comparando guſtes, putaturus ſis, cerebrum auſterum [15] etiam aliquod in ſe habere. Porro medulla nauſeam provocat, ſi liberalius ſumatur, quemadmodum, & cerebrum; nutrit tamen & ipſa, ſi probe conficiatur. Avicenna cum ſeminibus, & pipere condit 2. canon. 496. Quod delicati quidam lurcones, & artis obſonatricis periti faciunt, cydonijs & paſſulis, Laudatiſſima eſt cervina, mox vitulina, poſt hanc taurina, dein caprina, & ovilla. Dioſc. l. 2. c. 69.

OCTAVUM, Dulcia vina, de quibus infra cap. 11.

NONUM, cibus guſtu jucundior: talis enim, non exiguum corpori tribuit alimentum, quemadmodum Hippocrates etiam l. 2. aphor. 38. monet, ubi ſic ſcriptum reliquit, Paulo deterior, & potus, & cibus, verum jucundior, [16] melio-

---

¶ (14) *Oſſium Medulla, cum cerebro nequit comparari, quia medulla, revera pinguis eſt, & cerebrum omni adipe caret: illa enim ignem alit, ubi cerebrum extinguit. Neque ad capitis contenta, unquam pervenit pinguedo.*

¶ [15] *Nil enim tam fatuum eſt, ac inſulſum, quam cerebrum, ideoque neque in rancidum, neque fortaſſe in alkali abire poteſt, dum medulla ſponte ranceſcit, uti omnis pinguedo, & nauſeam ſimul provocat.*

¶ (16) *Cibus, qui guſtum allicit, nutrit ſi-*

ribus quidem ", & injucundioribus præferendus eſt. Quam ſententiam, ipſe exponens Galenus: Quæ-

---

mul, & facile digeritur. Quomodo autem hoc factum ſit, haud facile poteſt explicari. Primo enim, omnino ignoramus, cur unusquiſque a quodam peculiari cibo, plus, quam ab aliis alliciatur; ſecundo, quomodo a tali cibo valeat nutriri, cum revera, talis cibus non nutriat, vel ſaltem, longe minus, quam alii? Quomodocumque vero ſe res habeat, ecce adequatas, vel ſaltem plauſibiles rationes. Varia ciborum adpetentia, & delectus, potius temperamentis, quam hominum libertati debetur: Nimirum ad hunc, vel ad illum cibum aſſumendum rapimur, a quadam interna humorum qualitate. Illi enim, qui acido, fere ſpontaneo, laborant, non ſolum voraces ſunt, ſed alimenta duriora adpetunt, carnes nempe, tum recentes, tum duriores, tum fumo, & ſale exiccatas; ova, panem biſcoctum, piſces, & omnia pinguia, quia hæc omnia, cum acidæ acrimoniæ adverſa ſint, ab eadem a corruptela præſervantur, & facillime digeruntur. Viceverſa, bilioſi talia abhorrent alimenta, quia in corruptionem abeunt ipſis ſatis moleſtam; paſtacea vero, fructus horæos, omnia vegetabilia, & acida fœliciter ferunt, quia Bilis acrimoniam temperant, & alcaleſcentiam longius arcent. His ergo poſitis, ſequitur ut unuſquiſque ab hac diverſa ciborum ſpecie, æque feliciter nutriatur, nam nequit corpus nutriri, niſi ab alimentis, quæ digeruntur, &, digeſta, in ſuccum alimentitium convertantur. Similiter quia acidum ſui correctionem poſtulat, ciborum animalium ad-

cunque, inquit, cum voluptate aſſumuntur, iſta ventriculus arctius amplexatur, & facilius concoquit. Refugere autem conſuevit, ea quæ injucunda, & inſuavia ſunt, utpote quæ, vel nauſeas vel inflationes, vel fluctuationes pariant, quod quidem in plurimis, etiam ijs, qui boni ſunt ſucci, cibis accidit. Quando vero paulo fuerit deterior, tunc in ijs qui libenter hunc aſſumunt, non modo non etiam deterior, ſed quandoque melior redditur.

DECIMUM, ova ſorbilia, quæ ſane præcedenti capite, parva mole, plurimum alere oſtendimus.

UNDECIMUM. Maturæ ficus. De quibus Simeon Sethi hæc tradit. Ficus admodum nutriunt, (17) carnem tamen non compactam, neque firmam generant, ceu panis, & ſuilla, ſed

---

petitum, excitat, qui guſtum delectant, & ſtomaco juvant; atque quia Bilis alcaleſcentia, etiam ſui correctionem expoſcit, oppoſitorum adpetitum infert, qui, cum eadem voluptate, ingeruntur.

¶ (17) *Alibi probatum eſt, omnia alimenta quæ blandum ſaporem continent, & acrimonia carent, uberius nutrire, inter quae enumerantur ficus, dummodo ad perfectam pervenerint maturitatem. Hae humorum acrimoniam temperant, partes ſolidas demulcent, & nervorum ſtimulum ſedant, unde nutrimenti ſequitur appoſitio. Verum quia facile digeruntur ob partium mobilitatem, ita nutritionem, quam adferunt, facile conſumitur, ſudore, perſpiratione, vel motu nimio. Vide quae dicta ſunt Capite nono num. quinto.*

ſublaxam ac ſub inanem, ut fabæ. Ventrem flatibus implent, niſi probe concoquantur, Minus vero cæteris Oporinis ſunt mali ſucci, & ventrem proritant, & facile exeunt. Effatu dignam abſtergendi facultatem obtinent, quo fit, ut poſt ipſarum eſum nephritici multas arenas excernant. [18] Maturæ ficus nihil propemodum omnino lædunt, proximeque ad caricas accedunt, multaque cum illis utilia habent. Si quis tamen largius eſitaverit, in una re ab eis offendetur quandoquidem ſanguinem non admodum probum gignunt quo fit, ut ex ipſarum uſu, pediculorum (19) multitudo proveniat. Oportet autem poſt uſum ficuum alimentum quod incidat & extenuet, ingerere. Ad hæc fici, pulmonem & thoracem juvant. Ajunt inſuper contra venena facultatem habere, ſi quis ſingulis diebus jejunus iis utatur. Caricæ pectus juvant, & ad tuſſes faciunt, urinam cient, ſatiſque nutriunt, corporis etiam habitudinem efficiunt. Ante cibum ſumptæ ventrem irritant, ſed niſi celerius ven-

---

¶ (18) *Omnia enim vegetabilia, & fructus boraei ventrem laxant, & diureſim promovent. Confer adnotat. in Cap. 7. num. octavo.*

¶ (19) *Contrarium prorſus crediderim. Horum animalium productio ſequitur humorum impuritatem, & cutis immunditiem. Hujuſmodi enim fructus, humores potius depurant, nam diluendo, ſudorem, perſpirationem, urinam promovent, & alvum levant, unde ſequitur, illorum excluſionem impediri; etiam quia calorem temperant, qui excluſioni ſatis favet.*

trem pertranſeant, non bonum ſanguinem gignunt. Quapropter ſi ad ſatietatem uſque, crebro edantur, ſcabiem & pruritum [20] excitant. Cibus autem bonus eſt, & adverſus venena remedium, ſi cum nucibus, aut amygdalis comedantur. Renes expurgant, & jecoris, lieniſque obſtructiones auferunt, verum calfaciunt, & ſitim inferunt, & flavam, in calidioribus temperamentis, bilem procreant. Addit Galenus: jecori, lienique inflammatione obleſſis, eſſe noxias, quemadmodum, & ficus, non peculiari quadam, & eximia facultate, ſed communi ratione dulcium omnium ciborum, ac potuum, obſtructis [21]

¶ (20) *Caricæ cum melle, aut ſaccaro quamdam habent analogiam, ideoque humores acres, & concretos edulcurant, & reſolvunt, ſpaſticas pectoris, & pulmonum criſpaturas, & aſperitatem leniunt, tuſſim ſedant, expectorationem blande cient in chatarrhis, febre autem abſente. Verum ejus abuſus, notabilem lentorem humoribus conciliat, unde perſpirationis defectus: nam, humor perſpirabilis intra vaſa cutanea retentus, mora, & calore aeris fit, & pruritum creat, tandem ulterius concreſcens, in parva emergit tubercula, quorum natura ab illis, que in ſcabie fiunt, omnino diverſa eſt.*

¶ (21) *Nocent utique, ob lentorem, quem pariunt, qui reliquas proprietates, leniendi nimirum, & relaxandi, longe nimis ſuperat, praeſtant tantummodo, ad humores acres abſorbendos, ut in Tuſſi. Quoties vero, cum purgantibus, & diluentibus activioribus fuerint commixtae, aperientium*

autem illis, aut σκίρρῳ adfectis, ipſas ex ſeſe nil commodare, nec afficere, ſed medicamentis incidentibus, ac extenuantibus, & abſtergentibus miſtas, non mediocriter juvare. Proinde nonnulli medicorum, in dictis lienis, ac hepatis affectibus exhibent ipſas, longe ante cibum, cum thymo, aut pipere, aut zingibere, aut pulegio, aut ſaturcia, aut calamintha, aut origano, aut hiſſopo. Ad eundem autem modum, ſi caricæ cum alio quopiam eorum, quæ facultatem habent acrem, aut omnino, incidendi, ac extenuandi, aſſumantur, iuvabunt non ſolum ſic affectos, ſed etiam ſanos. Siquidem iecoris meatus, per quos fertur alimentum, apertos eſſe non ægrotis modo, ſed ſanis etiam eſt, tutiſſimum. Ad eum igitur modum vulgo ficubus, cum attenuantibus, ſale, aceto, & garo præparatis, veſcuntur, quam ipſas utiles eſſe, experientia didicerint, Plura Dioſcorides lib. 1. cap. 144. Galen. lib. 2. de aliment. ſac. c. 8. Paulus lib. 1. capite 81. & Aetius lib. 1.

DUODECIMUM, Uvæ recentes ideſt, dulces, & maturæ. Nam ficus & uvæ, quemadmodum inter fructus autumnales principatum obtinent, ita fructibus omnibus, magis nutriunt, minimumque pravi ſucci habent, præſertim cum exactam maturitatem fuerint adepta, Porro quod ipſa nutriunt,

---

vices gerunt; Ita ſi ante prandium ingerantur cum larga aquae potione, alvum movent ſine turba; Verum non omnibus aeque proſunt, nocent ſaltem phlegmaticis, & ſtomaco frigidioribus, in quibus etiam, in ſpontaneum gluten abeunt.

triunt, maximo argumento ſunt, ii, qui vinearum fructus cuſtodiunt, qui cum duos menſes ſolis uvis, ac ficubus, quorum cuſtodiæ præſunt, veſcantur [niſi forte panis quidpiam cum illis addant]; corpulenti tamen admodum fiunt: At caro, quæ ex ipſis gignitur, haud quaquam eſt firma, ac denſa, quemadmodum ea, quæ ex carnibus fit, ſed laxa eſt, ac præhumida: ob id celeriter etiam, cum veſci ipſis deſierint, conſtringitur, ac conſidet. Verum, uvæ minus (22)

¶ (22) *Nutrimentum, quod ficus præbent, uti ſupra dictum eſt, facillime ſecedit. Uvæ minus quidem nutriunt, & longe minus eorum nutrimentum durat, quia revera nil in ſe habent, quod poſſit nutrire. Conſtant enim cortice, nucleis, & pulpa; Cortex egeritur integre, & indigeſtus, ita ut in nutrimentum nequeat mutari, non ſecus ac nuclei. Pulpa in humorem ſolvitur, vix intra linguam, & palatum compreſſa, qui adhuc vinum non eſt, & ſi eſſet vinum, nequaquam nutriret. Vid. Cap. 8. n. 2. Sed quotidie experimur poſt earum uſum, præſertim tempore autumni, quamplurimos nutriri, jam antea excarnei, & exiles. Ad hoc phœnomenon explicandum, ſequens ſufficit ratio. Uvæ, tam nigræ, quam albæ, præcipue illæ, ex quibus vinum elicitur, vix ingeſtæ fermentum in ventriculo incoant, & in vinum abirent, niſi digeſtionis vis illas ſubigeret. Verum incepta fermentatione, tormina, & ructus movent, omneſque entericos ſuccos, & concretas fæces removent, ubicumque in viſceribus hæſerint, & ven-*

alunt, quam ficus, maximumque id ipſis ineſt

trem ſolvunt, blande tamen, & magno cum levamine, quod ab omnibus eccoproticis nequit obtineri. Pars vero ſubtilior, per vaſa lactea ingreſſa, ſanguinem pervadit, & cum eo in circulationem agitur, & virtute ſua, quam a principio fermentante recognoſcimus, vaſorum momentum excitat, omnes humores lentos, & concretos, qui circulationi, & fortaſſe nutritioni obſtant, ſolvit, & in motum provocat, tandem per urinam, per ſudorem, & per inferiora repellit. Purgato interim corpore vicibus repetitis per tot emiſſaria, fames ſenſibilior perſentitur, unde appetuntur cibi, & voraciter ingeruntur, atque, quia viſcera digeſtionis, omni ſuperfluitate libera ſunt, & vaſa chylopojetica etiam pervia, digeruntur, & digeſti, abeunt in nutrimentum. Similiter omnes machinæ preſſoriæ, ob adauctum momentum, quidquid a digeſtione reſultat, in corporis naturam etiam aptant, & nutritionem augent. Omnes, viſcerum obſtructione laborantes, fœliciter curatos vidimus, naturalis hujus medicinæ uſu, quoties ſummo mane, ad ſatietatem uſque eas comederint, per aliquot dies: Ventre enim adfluenter ſoluto, fæcibuſque mali moris expulſis, detumuit abdomen, rediit appetitus, vigor, color, optimus ſanguis, nutritio. Qui poſt Febrem æſtivam, aut autumnalem, nunquam convaluerunt, peruviano cortice, aliiſque ſpecificis farmacis incaſſum adhibitis, uvis ſolummodo ſalutem debuerunt.

commodum, quod velociter ſubeant. Quo circa, ſi quando hæſerint, graviter lædunt, neque enim retentæ, belle concoquuntur, & dum in jecur, ac venas diſtribuuntur, ſuccum crudum generant, qui non facile in probum ſanguinem mutatur. Vinaceorum, ſive nucleorum ſubſtantia, ſicca eſt, & quodammodo adſtringens, omniaque inteſtina pervadit, nihil, quod ſenſu deprehendi queat, a ſeſe mutata. Uvæ vero tantiſper a collectione, dum membrana extrinſecus ambiens detumuerit, penſiles aeri expoſitæ (23), neque ſiſtunt ventrem, neque proritant, minuſque flatibus implent; cæteris autem facilius concoquuntur, & melius nutriunt. Non parva autem eſt, inter uvas differentia, quod aliæ ſint dulces, aliæ acidæ, aliæ auſteræ, aliæ denique, quæ nullam vehementem habeant qualitatem, vocant autem ipſas, vinoſas. Cæterum, quæ dulces ſunt, ſuccum habent calidiorem, & ob id, ſunt ſitibundæ; auſteræ vero, & acidæ frigidiorem; vinoſæ autem, locum, inter calidum, ac frigidum, medium obtinent. Alvum ſubducunt dulces, & maxime ſi ſint humidæ. Omnium quidem certe uſus [ſi quis moderate ſumat] eſt,

---

¶ (23) *Frigore enim adveniente fermentationis principium perit omnino, nimia humiditas evaneſcit, & cortex antea auſterus corrigitur, atque tenerior fit, ut aliqua ex parte poſſit digeri, & alimentum præbere. Carent verumtamen ea virtute qua recentes præſtant.*

tutiſſimus, quum natura fuerint carnoſæ, ac maturæ, ſive in vite ſummam maturitatem obtinuerunt, ſive, quod maturitati deerat, ex conſequenti ſuſpenſione ſint adeptæ. Uvæ, quæ albæ ſunt, vehementius alvum turbant, & ſubducunt, magiſque ſtomachum inflant, quam nigræ. Omnes vero, ciborum appetentiam excitant, & Venerem. Convenit cum eduntur, membranam, & nucleos expuere (24), quod difficulter conficiantur, quemadmodum luculenter, & perſpicue docuit Galenus lib. 2. de alimen. facul. c. 9. & lib. 1. de locis affect. c. 4. & poſt eum Simeon Sethi in Syntagmate de cibariorum facul. Cæterum uvæ recentes, e quibus vinacei exempti ſunt, & celerrime pertranſeunt, cibiſque aliis præeunt, ſi in ventriculum purum inciderint, & ſumptæ primis epulis fuerint. Quod ſi ſumptæ poſt alios cibos fuerint, aut etiam pravum ſuccum in ventriculo offenderint, celerrime una cum aliis cibis corrumpuntur [25]. Idem, de aliis quoque fructibus, alvum ſubducentibus, intelligendum. Si cui, viridibus, ac recentibus uvis, veſci, placuerit, ad horam fere, in aqua

¶ (24) *Neſcio qua ratione, nam nil mali adferunt, quia digeri nequeunt, & multo minus corrumpi.*

¶ [25] *Licet alvum ſolvant, ob principium fermentationis, nunquam tamen poſſunt corrumpi. Vide Cap. 7. n. primo.*

fervidâ (26) ut maceret, ac frigida, deinde abluat oportet, prius, quam mandere ipſas aggrediatur: quæ enim ita præparantur, innoxiæ fiunt. Uvas, quæ ſubtilem, ac tenuem habeant corticem, citius deorſum concedere, minuſque ventrem flatibus implere: his vero contrarias, contraria operari, Rhazes lib. 3. ad Almanſ. capite 20. autor eſt. Uvæ acerbæ, atque immaturæ, (27) frigidæ, & humidæ ſunt, ventrem conſtipant, ſtomachum corroborant, & caliditatem a flava bile ortam ſedant, ſed parum nutriunt. Succus inde expreſſus, qui Grece vocatur ὀμφάκιον, vulgo Italorum, & officinis Agreſta, bibitur ad recentem ſanguinis excreationem, etiamſi, rupta parte aliqua, contingat: ſed pauco, & aquatiore eſt utendum. Plurimis vero ante diebus inveteratus, cumque ſtillatitio roſarum liquore decoctus, atque exhibitus, nauſeantibus, & his,

---

¶ (26) *Antiquorum opinio fuit, omnes fructus, & omnia cruda alimenta difficillime in ventriculo concoqui, credentes, digeſtionem per calorem, qui revera eſt digeſtionis effectus, ſive per fermentum fieri. Quapropter nunquam fructus, ægrotantibus permittebant, atque etiam ſanis, niſi prius concocti fuerint. Verum quia jam probatum, & inconcuſſum habemus, aliam eſſe digeſtionis cauſam, ideo credimus, fructus eſſe comedendos ut natura creavit, tum quia palatum delectant, tum quia ſanitati juvant.*

¶ (27) *Uti omnia acida vegetabilia, atque*

qui cibaria in ventriculo non retinent, ſuccurrit. In cibo aſtringit, bilioſo alvi profluvio, & dyſenteriæ proficit. Sunt præter has, etiam uvæ ſiccæ, quæ, quod in ſiccando, Solem patiantur, & ignem, paſſæ, ſive paſſulæ vocantur: hæ ſunt aliis uvis calidiores, ſtomacho gratiores, valentius alunt; (28) ſed minus ſubducunt alvum, eandemque ferme cum aliis uvis, habent rationem, quam caricæ cum ficubus. Multæ enim ſunt dulces; acerbæ autem omnino paucæ: plurimæ vero, ex dulci, & auſtera qualitate ſunt miſtæ: quamquam dulces, nonnihil quoque auſteræ qualitatis habent, & auſteræ dulcedinis. Cæterum, ut dulces, temperamento ſunt cali-

---

etiam mineralia, quæ ſolidas partes roborant, bilem temperant, & ſanguinis æſtum ſedant. Quorum magnus, & utilis eſt uſus in febribus putridis bilioſis, & multo magis in malignis pethechialibus. In diarrhœis bilioſis, aliiſque alvi fluxibus a corruptela.

¶ (28) *Recentes, humore pleniſſimæ ſunt, uti in antecedenti n.* 12., *exiccatæ vero idem humor concreſcit, una cum cortice, fluidiori parte jam diſſipata, unde firmum præbent alimentum, quod ſicuti ſtomaco reſiſtit, ita pariter digeritur, & mediocriter alit, uti reliqui fructus exiccati. Illæ vero, quæ dulcem ſaporem continent, cum caricis quamdam habent analogiam, ideoque in morbis pectoris, cronicis utplurimum, uſurpantur. Cæterum etiam lentorem humoribus conciliant.*

diora, ita auſteræ, frigidiora: Ad hoc, auſteræ ſtomachum roborant, & ventrem conſtipant, & his, multo magis acerbæ; mediam autem, quodammodo, inter ipſas, conſtitutionem dulces obtinent, ut quæ, nec ſtomachum diſſolvant, nec alvum ſubducant. Dulcibus tamen, ut vis quædam ſemper ineſt contemperandi, ita, & mediocriter detergendi, quibus duabus facultatibus, exiguas mordicationes, quæ os ventriculi infeſtant, obtundunt; belle nutriunt, exacinatæ, pectus, & pulmonem juvant, ſtomachum, jecur, & lienem corroborant. Cum nucleis manducatæ, conducunt inteſtinis. Eſt tamen præſtabilius, nucleos expuere, propter duritiem, & terream ipſorum eſſentiam. Uvæ paſſæ pingues, ſeptem drachmarum pondere, per ſex dies ſumptæ ab jejuno, purgant [29] phlegma, & ſanguinem abundare faciunt. Tota ſubſtantia, familiares ſunt hepati, & uſu crebro, conſuetæ. Nutriunt

---

¶ (29) *Promovent fæcum excretiones virtute fere eccoprotica: ſunt tamen diluendæ cum larga aquæ potione, & fortaſſe addito læni purgante inciſivo, ad lentorem, quem ipſæ continent, ſolvendum, qui potius ſanguinem inſpiſſat, quam abundare facit, unde ſequitur, neque bonum colorem efficere; atque eadem ratione hepati ſunt adverſæ, pro quo, ad Bilis præparationem, diluens humor requiritur, ne forte obſtructio adoriatur. Recentes vero, uti reliqui fructus, hoc munus præſtant.*

enim ipſæ, & impinguant, ſanguini bonum colorem præſtant, & humores percoquunt: ob id feliciſſime, exemptis vinaceis, miſcentur medicamentis hepaticis. Sed ſi paulo largius ſumantur, incendunt, & exurunt ſanguinem. Præſtantiores autem ſunt, quæ, tum pingues ſunt, tum corticem habent tenuem, dulcioreſque. Paſſulæ minus quidem, quam caricæ ventrem movent, abſterguntque, ſtomacho tamen magis accommodantur. Plura Galenus lib. 2. de aliment. facul. cap. 9. & 10. Paulus lib. 1. cap. 81. Aetius lib. 1. Simeon Sethi in Syntagmate. Rhazes libro 3. ad Almanſ. cap. 20. Avicenna 2. Canon. capit. 737. Averrhoes 5. collect: cap. 37. Rabbi Moſes Tract. 3. ad Sultanum Babyloniæ. & Jacobus Sylvius lib. 1. de medicam. ſimp. natura. Ex quibus ſane omnibus, ſatis liquet, quæ de recentibus, hoc loco dicuntur uvis, ea etiam, de paſſulis eſſe intelligenda.

CAP. X.

De boni vini proprietatibus.

Vina probantur odore, ſapore, nitore, colore.
Si bona vina cupis, quinque haec laudantur in illis:
Fortia, formoſa, & fragantia, frigida, friſca.

Quatuor generales boni vini differentias, primus verſus complectitur, cuique eæ omnes inſunt, idipſum vulgari joco, nimirum ob colorem, odorem, & ſaporem, COS apellari ſolet.

PRIMA quidem Odor eſt. Vinum enim inſtar aromatis (1), unguentique ſuaveolens, Conſtantino Africano lib. 5. Theorices cap. 28. reſte, alimentum corpori ſuppeditat non mediocre, ſuccum gignit laudabilem, partes principes facultatum, ceu fontes corroborat, facultates, animamque exhilarat, ſpiritus quoque tenues, adauget, eoſque languidos tantumque non exolutos reficit, & recreat: quo fit, ut ſolo etiam olfactu λειποτυμίᾳ languentibus, ſæpe animum revocet. Jucundo enim odore, quemadmodum in libro de alimentis Hippocrates, teſtatur, vires celerrime reficiuntur. Contra, quod fœtidum eſt, natura abominatur: Spiritus namque craſſos, & melan-

---

¶ [1] *Vinum inter medicamenta cardiaca non ultimum locum tenet, præſertim elicitum ab uvis odoratis. Diſtillationis ope ſpiritum dat volatilem, alkool dictum, quod naribus admotum, capitis vertiginem ſiſtit, in animi deliquio, vires, & ſpiritus renovat, gravedinem, & ſomnolentiam arcet. Apud recentiores Medicos, vinum in febribus putridis, & algidis arcanum eſt remedium, & in malignis, maximum alexiterium ad vires reſtaurandas. Cæterum ex ſe nutrire nequit, tantummodo machinas preſſorias roborare, ut hæ melius alimenta aſſimilari poſſint. Vide Cap. 8. n. 2.*

cholicos, & malum ſuccum generat, pravamque fumorum qualitatem ſurſum tranſmittens, capiti dolorem infert. Humani vero, ſive Joannitius de vini differentia, quæ ab odore ſumitur, in ſupplemento comment. 1. Galeni in lib. 3. Hippoc. de vict. rat. in morb. acut. in hunc ferme modum ſcriptum reliquit: Vinum, boni odoris, ſuccum quidem gignit laudabilem, ſed cum calidiore ſit temperamento ſubtilioreque ſubſtantia; corpus celeriter calfacit & caput vaporum copia infeſtat (2). Quod vero non boni odoris exiſtit, ſed ferientem quandam, & inſuavem nactum, eſt qualitatem; etſi pravum procreat ſuccum; capiti tamen, ob frigiditatem, & craſſitiem ſuam minorem noxam ſuggerit. Quod nullo denique pacto odorem habet, ſed eſt aquæ inſtar, inodorum, hoc ipſum, cum inſigni craſſitudine præditum ſit, tantum abeſt, ut caput offendat, ut ei ne vapores quidem, aut fumos communicare poſſit.

SECUNDA, Sapor: quod præcedenti capite de jucundiore cibo diximus, ſi ad jucundiorem etiam vini ſaporem tranſtuleris, nihil erit, quod nos de ipſo novum dicere oporteat. Etenim & hoc quoque, cum voluptate aſſumitur, avidius à ventriculo attrahitur, & melius nutrit. Non ignorandum tamen hoc loco, quod & vini ſa-

---

¶ (2) *Quo plus ſpirituum continet, eo magis Caput lædit, quod mecanico modo, in eodem numero eſt explicatum.*

cundum guſtandi qualitatem, permagna ſit diverſitas [3]. Dulcia enim eodem Conſtantino teſte, plus aliis nutriunt, ſanguinem craſſiorem generant, ventrem humectant, concoctioni renituntur, & ſitim excitant. Pontica (4), ſive ϛυπτικά, ſtomachum quidem corroborant, ventrem conſtipant, & inteſtinis conveniunt, ſed in thoracis, pulmoniſque ægritudinibus, in quibus ſpiritus detinetur, inhabilia ſunt; neque facile concoquuntur. Acerba (5), quæ etiam διυρητικά ſunt, hoc eſt,

---

¶ [3] *Potius gulæ faciunt, & guſtum delectant, quam ſtomaco ſubveniunt. Sunt enim difficilis digeſtionis, non ſolum quia fibras, & nervos roborare non valent, ſed etiam quia nimia tenacitate præſtant, unde dum viribus digeſtionis reſiſtunt; famis ſenſationem ſopiunt, ideo in Textu*, plus aliis nutriunt; ſanguinem craſſum generant &c.

¶ (4) *Scilicet amara. Ad digeſtionem facilitandam præ cæteris ſummopere valent, ob vim roborandi, Vid. Capite 8., Numero 16.; atque facile feruntur ab illis, qui acido ſpontaneo laborant, quia omnia amara, acido reſiſtunt mirabiliter. Unde Medici Corticem peruvianum Aloe, Rhabarbarum, Abſinthium, & alia hujuſmodi, ad omnem aceſcentiam impediendam, præſcribunt. Inebriant tamen, quia ſatis ſpirituoſa ſunt, ideo modice ſunt potanda.*

¶ [5] *Vel acida, & oligophora, quæ diureſim promovent ob vim adtenuandi, & diluendi Vid. Cap. 8. numero 12.*

quemadmodum infra capite quadrageſimo quarto oſtendetur, urinam provocant, craſſos humores incidunt, atque diſſolvunt. Amara, minore caliditate participant.

TERTIA, Nitor: ſive ſplendor, qui ſane non ipſius modo vini, ſed etiam ſpirituum, qui inde ortum habebunt, ſubtilitatem [6] arguit.

QUARTA, Color (7): quod enim ad vini nutrimentum attinet, non parva ejus, ſecundum colorem differentia eſt. Rubicundiora namque [ſi ipſis cætera omnia antedicta pariter adfuerint] potentius, quam alba nutriunt, atque ea de cauſa macris, etiam, quam alba, convenientiora ſunt. Contra vero, obæſis, ac pinguibus, alba magis confe-

---

¶ [6] *Spiritus a quocumque vino elicitus, æque ſubtilis eſt, dummodo recte fuerit alkoolizatus. Veruntamen non omnia vina eamdem ſpiritus quantitatem præbent, cum non omnia æque fortia ſint.*

¶ (7) *Neque color, ſit nitidus, aut ſplendidus quantitatem, aut qualitatem ſpirituum indicat, eo quod acetum, licet omni ſpiritu deſtitutum, nihilominus puriſſimi vini colorem aemulatur, vel etiam ſuperat. Nitor, ac pelluciditas, vini puritatem facit, omnibus partibus tartareis per fermentationem depoſitis, atque vinum, facillime tranſiturum, & ſubtile promittit. Hæc enim ſubtilitas utplurimum debetur locis, in quibus producitur, ventilatis nempe, ſiccis, atque ſoli adverſis. Præterea, quæ dicta ſunt de colore ſufficiunt, cum nil amplius ſuperſit dicendum.*

runt. Verum de hac vini differentia, capite 8. abunde diximus. DUO ſequentes verſus, quinque ſpeciales boni vini notas continent. Quarum prima quidem eſt, ut ſit forte: fortitudo vero, ex effectu deprehenditur. Vinum enim potens, Galeno commen. 1. in lib. 3. Hippocr. de vict. rat. in morbis ac. teſte, vehementer, celeriterque corpus calfacit, (8) caputque ferit. Idem etiam com-

---

¶ [8] *Nulli dubium; num virtute ſpecifica, num vero mecanico modo calorem excitet probandum eſt. Quoad primum non videtur, vinum ex ſe calefacere poſſe, quia nullum caloris ſignum oſtendit, ſi Termometrum ei adplicueris. Idem de ejus ſpiritu verificatur, qui etiam ſi flogiſtum contineat, calore tamen caret. Verum poteſt opponi, quod igni admotus accenditur, & totus evaneſcit; nam ſi hoc, virtutem excitandi calorem probaret, omnia, quae comburuntur, eamdem haberent virtutem, uti ligna, pix, oleum, adeps &c. cum revera frigida ſint. Quoad ſecundum, operari nequit, uti mercurium, cujus globuli rotundiores, majori gravitate donati, majus cordi apponunt obſtaculum; unde ſequitur, quod adaucta reſiſtentia, debet pariter potentia augeri, hinc motus, attritus, & calor neceſſario intenditur. Sed partes vinum componentes, neque gravitate, neque figura, cum mercurii partibus poſſunt comparari: non igitur calorem mecanico modo excitare poſſunt. Verum Cap. 7. n. 2. probatum eſt, vini potione, omnia vaſa, & cor ipſum roborari, ut inde co-*

ment. 2. in citatum Hippocratis librum, iis con-

ſum momentum intentius fiat, quod non per circulationis legem, ſed per vaſa inhalantia quamcitiſſime ſequitur, nam ſubtilior pars, ſive ſpiritus, per eadem vaſa cor, ſanguinem, & omnes partes nervoſas invadens, majorem oſcillationem excitat; atque vinum vix epotum, jam ſtomaci nervos, & fibras irritare incipit, & momentum intentius excitare. Alkool vini, imo vinum ipſum, oculo, vel vulneri adfuſum, talem dolorem infert, ut fere convulſio ſequatur. Idem forteſſe partibus internis evenire arguimus, quae crebiori ſtimulo laceſſitae, crebrius oſcillant, & in majori oſcillatione, motus, adtritus, & calor intenſior. Objicere autem unuſquiſque poteſt, acetum, cortex peruvianus, abſinthium, & alia ſimilia, quæ roborandi facultate pollent, eumdem calorem excitare debuiſſe; quod quidem verum non eſt, vel ſaltem, ex aliqua parte tantum. Sed quia hæc, omni ſpiritu volatili deſtituta, vel ſanguinem non adeunt, vel tarde nimis, & a viribus digeſtionis, utplurimum, mutata, ideo eumdem calorem non pariunt, ac vinum. Ex adverſo, vinum, ultra tolerantiam epotum, refrigerat potius, quam calefacit: ita enim cerebrum gravatur, a vaſorum turgentia, ut prorſus ſtupeat; & nervi omnes, a nimio ſpirituum adfluxu, rigeſcunt ad convulſionem uſque, unde omnibus vaſis & machinis vis motrix deficit. Vid. Cap. 8. n. 20. Eadem præſtat ratio de aromatum effectu, quæ licet nullum calorem oſtendant, præter fragrantiam, nihilominus ſenſibiliter cale-

firmat verbis: Fortia vina, vehementer calfacientia, caput humoribus, vaporibuſque, & caliditate replent. Ejuſmodi namque vina, præterquam quod, non mediocriter corpus alunt, ſpirituum etiam, non exiguam copiam generant. Abſtinendum tamen ab ipſis, niſi diluta ſint, iis potiſſimum, qui debile cerebrum habent. Cum enim vaporoſa admodum ſint, facile caput gravant, eaque occaſione cerebrum offendunt.

SECUNDA, ut ſit formoſum: Vinum enim formoſum, ſive pulchrum, majori cum voluptate aſſumitur, probius concoquitur, & facilius in corpus diſtribuitur, promptiuſque nutrit.

TERTIA, ut ſit fragans. Vinum enim fragans, ſive ſuaveolens, & aromaticum, vires maxime roborat, & ut paulo ante dictum eſt, ſpiritus tenues generat..

QUARTA, ut ſit frigidum [9]. Nam vinum

---

faciunt, dummodo ingerantur, nam ſpiritus volatiles, ante digeſtionem per vaſa inhalantia, quæ in ſtomaco multiſſima ſunt, in ſanguinem perveniunt.

¶ (9) *Vinum frigore enervatur, & quo frigus intentius fuerit, eo ſpiritibus deſtituitur. Omnis aqua, nequit conglaciari, niſi prius puriſſima evadit. Aqua marina tempore congelationis, totum ſal deponit, quæ, iterum liquata, dulciſſima remanet. Vinum quoque ſub ingenti frigore, ſi unquam in glaciem concreſcit, omni ſpiritu orbatur, atque rurſum ſolulutum flegma eſt: vix igitur debet refrigerari, ne forte fatuum remaneat, guſtui ingratum, & ſtomaco noxium.*

actu, ſive φαντασία frigidum eſſe debet, non autem facultate, aut potentia. Quod enim, ab externo aliquo calido incaleſcit, hoc rarius ſtatim, & tenuius, penetrantiuſque, ut omnia ſubeat, redditur: qua ratione, niſi quis, ipſum parciſſime ſumpſerit, citius inebriat, nervos debilitat, & caput lædit.

QUINTA, ut ſit friſcum, ſive læve (10); Tale autem cumprimis cenſendum, quod effundendo, ſonum efficit, ſpumamque agit in medio tenuem, ac facile labilem, ceu evaneſcentem: vel per cujus ſuturam, modo ſurſum, modo deorſum, diſcurrentes conſpiciuntur ἄτομοι, ideſt, minutiſſima quædam corpuſcula, qualia, in Sole videntur, quum per feneſtram radios, ac lumen immittit. Niſi enim ita affectum fuerit, pendulum dicitur: ac multo etiam magis, ſi penitus ſono, atque atomis deſtituatur. Quod vero ſpumam habet cum magnis ampullis ad ſcyphi latus diu hærentibus [11], debile, ſive dilutum eſſe dignoſcitur.

¶ (10) *Ut ſatis ſpiritibus, & partium mobilitate pariter abunde, nam his conditionibus donatum, cito digeritur, & ſtomaco mirabiliter ſubvenit, quod de amaro dictum eſt.*

¶ (11) *Dum vinum, uberrimos ſpiritus continet, flegma parum inter ſe cohæret, unde quaſſatum ſpumam præbet, vix durabilem; efflatis vero ſpiritibus, denſatur flegma, & ſpumam dat longe duraturam. In vino autem dulce, quia mellis conſiſtentiam aemulatur, non repugnat ſpumam cohærentem cum ſpiritibus uniri.*

Annotatiuncula.

In tertio verſu παρόμοιον eſt, nam ſingula ejus verba ſimiliter incipiunt.

C A P. XI.

De vino dulci, et albo.

COrpora plus augent tibi dulcia, candida vina.

DOCETUR hoc verſu, candida, & dulcia vina, ſi ipſis cætera quoque adfuerint, quamreliqua, majoris eſſe nutrimenti. Cujus quidem rei cauſa, dulcedini attribuenda eſt. Nutrimentum enim hominis, ut copioſe admodum lib. 4. de ſimp. medic. facul. cap. 14. Galenus monſtrat, dulce, aut dulci permiſtum eſſe oportet. Quippe dulcia, cum naturæ ſanguinis noſtri, & carnis proxime congruant [1], non ſolum ori, & pala-

¶ [1] *Nutritio corporis humani fieri nequit, niſi a partibus extreme tenuiſſimis, omni ſapore, & aſperitate deſtitutis, quæ vero his dotibus carent, vel inutiles excernuntur, vel debent ulterius a machinis preſſoriis aſſimilari. Ad hoc enim ut hæc difficultas longioris aſſimilationis arceatur, expedit ut alimenta ſint tenuia, & abſque ulla acri-*

to, verum, & aliis pleriſque viſceribus accepta ſunt; adeo ut, ab illis avidiſſime excipiantur. Ungunt enim, implent, & reſtituunt eroſas particulas. Atque ita ſane fit, ut vina quoque, quæ capit. 8. in numero cor-

---

monia, inter quæ dulcia quidem locum non obtinent, quia facillime in acidum abire poſſunt, vel, ut aſſimilentur, ſatis digerenda ſunt. Inſuper ſaccarum, aut mel, linguæ impoſitum, ſalivationem promovet, & papillæ nerveæ laceſſitæ, in parva eminent tubercula, unde ſatis clare patet, omnia dulcia, partibus etiam aſperis conſtare, & nutritioni inſervire non poſſe, niſi prius reſolvantur in partes nullius ſaporis. Neque verum eſt, dulcia, eundem ſaporem, ac ſanguis, habere, qui linguæ impoſitus, non dulcem, ſed fatuum dat ſaporem, vel vulneri adfuſus nullam ſenſationem excitat. De vino eadem præſtat ratio, & major fortaſſe, etiam, quia præter dulcedinem, quæ facile abit in acidum penetrans, & auſterum, pars ſpirituoſa viget, quæ non ſolum in nutrimentum aptari non poteſt, verum nutritioni prorſus eſt inimica. Potius ergo dicendum, dulcia non congruere cum carne, & ſanguine, verum ea tantum, quæ fatuum præſeferunt ſaporem, & ſimplicia ſunt, inter quæ lac primum eminet, juſcula tenuia carnium, fructus, & hujuſmodi alia. Reliquum probatum eſt, vinum nullo modo ex ſe nutrire poſſe. Vid. Cap. 8. n. 2.

pus noſtrum alentium, poſuimus, quo dulciora ſunt, eo magis nutriunt (2). Quod etiam Avic. teſtimonio confirmatur, qui 3. 1. doct. 2. cap. 8. ita fere ſcriptum reliquit: Vinum, quod craſſum ſimul eſt, & dulce, iis potiſſimum convenit, qui corporis robur, ac molem ſibi parare ſtudent. Idem tract. 1. 2. can. cap. 3. cauſam, cur dulcia plurimum alant, hanc eſſe tradit. Nempe quod dulcibus natura delectetur, & quæ viſceribus ineſt trahendi vis, eadem avidiſſime rapiat. Quanquam vero hic verſus, de omni vino dulci, recte intelligatur; mediocre tamen, quod ſummum dulcedinis gradum non attingit, præferendum eſt. Nam quæ excellenter dulcia ſunt, quale Apianum eſt, quod muſcatellum, ſive muſcatellinum vulgò dicitur, ſanguinem corrumpunt, Naturalis enim vis hæpatis ex ventriculo, priuſquam concocta, & a ſuperfluitatibus ſecreta ſint: exugit, atque attrahit [3] quare ſanguis, ſeroſis, & crudis expletur

---

¶ (2) *Quod improprie dictum eſt. Vid. Cap. X. n. 2.*

¶ [3] *Nulla patet via, quæ immediate a ſtomaco ad Hæpar ducit. Sed quia tunc temporis, Hæpar primum ſanguificationis organum admittebatur, ideo vigebat opinio, alimenta in ſtomaco digeſta ad illud tranſire, ut in ſanguinem commutari potuiſſent. Neque pariter verum eſt, humores, & alimenta inter ſe adtrahi, vel ſaltem a quibuſdam viſceribus, quia ſub actione vaſorum*

humoribus, adeoque, ut ebulliat, atque putreſcat, idoneus efficitur. Neque id ſolum de vino, ſed, & de omnibus extreme dulcibus, æſtimandum eſt. Ad hæc, dulcia omnia, quæ ſumuntur immodice, corporibus ad patiendum paratis, triplex noxæ genus important. Quorum primum quidem eſt faſtidium; [4] dulcia enim, caliditate atque humiditate ſua, os ventriculi leniunt, ac lævigant, illique affectionem, inanitioni, ac corrugationi, famis cauſæ, contrariam inducunt. Secundum, velox inflammatio (5) atque in flavam bilem converſio: ad cujus generationem, dulces humores omnes idonei ſunt. Quo fit, ut omnium horum maxime, mel bileſcat, quod dulciſſimum ſit: deinde, & dulcia vina. Hæc eadem, & ſitim faciunt, propter, tum caliditatem, tum craſſitiem, nec conferunt febricitantibus, neque

---

oſcillantium, & humorum circulatione, omnis adtractio perit omnino, quæ licet in omnibus corporibus admittatur, in quieſcentibus tantummodo obſervari poteſt.

¶ (4) *Omnia acida, uti antea dictum eſt, ventriculi fibrillas vellicando, famem excitant, & digeſtionem facilitant; Dulcia e contra leniunt, & ſenſationem ſopiunt; at vix in acidum mutata ardorem pariunt. Ideo vinum dulce damnatur, quod, quia difficillime digeritur, & citiſſime in ſuam ſpontaneam degenerationem abit, faſtidium movet. Vid. Cap. X. n. 2.*

¶ (5) *Ex antedictis, ſanguinis diatheſis muta-*

bilioſis, quemadmodum Galenus comment. 2. in lib. 3. de vict. rat. in morb. acutis luculenter, & perſpicue docuit. Tertium, hæpatis atque lienis obſtructio [6]. Hæc enim viſcera, dulcia vehe-

---

tur, & acres fiunt humores reliqui. Hæc enim acrimonia, aliquando in partium mutata figura conſiſtere poteſt, quæ in ſtatu ſano, exiliſſimas ſpherulas repræſentant, quamprimum aculei fiunt, minuitur circulatio, & aliquibus in locis, ſtaſis ſuccedit, cum dolore, tumore, & dolore partis adfectæ, quæ ſub genere inflammationum comprehenditur. Cæterum vera inflammatio, in nimia cohæſione globulorum, ſanguinem componentium, conſiſtit, quoties in minores globulos dividi nequeant, ut per ſectiones minores meare poſſint. Verum nulla datur febris, in qua, aut ſanguis, aut reliqui humores, qui cum ſanguine fluunt, neque illis exceptis, qui a viſceribus in circulationem veniunt, propriam figuram, aliquo modo, non mutaverint, quæ citeriori circulationi obſtat, & in vaſis, humores ipſos concreſcere faciat: attamen non ſequitur, omnes eſſe inflammatorias.

¶ (6) *Vini abuſus acrimoniam acidam efficit, quæ Bilis virtutem delet, unde digeſtio, chilificatio, ſanguificatio male perficitur, & omnibus obſtructionibus fomitem præbent, præſertim Hepati. Vinum autem dulce, præter ſupradicta, lentorem ſanguini conciliat, & ſomnolentiam, quod eodem modo probari poteſt, ut in Cap. 8., dictione* adferunt; *atque econtra, urinam minus movet,*

menter appetunt, eaque ante perfectam conco- ctionem, ad ſe una cum fœcibus trahunt, & maxime hæpar, unde facilius etiam in obſtructionis periculum adducuntur, craſſa nimirum ſubſtantia, in qua dulcis ſapor, fixus, ac fundatus eſt, ad hoc cooperante, ut teſtis eſt tract. 1. ſecundi canon. cap. 3. Avicen. Eadem ratione, reliquis etiam lotium, minus citant, ac profundunt. Cæterum, adverſus jam dicta tria incommoda, acida cum primis remedio [7] ſunt. Appetentiam enim aciditate revocant, inflammationem frigiditate reſtringuunt, & obſtructiones ſubſtantiæ ſubtilitate recludunt. Et licet vina aliaque nutrimenta dulcia, hæpar, atque lienem obſepiant; in pulmone tamen contrarium operantur: hunc enim ab obſtructione liberant (8). Nam in deſcenſu per

---

non ſolum, quia ex ſe, hac virtute caret, quæ in acido efficacius eminet; verum etiam, quia ob majorem lentorem, & cohæſionem humorum omnes excretiones parcius procedunt, unde Hydrops timendus.

¶ [7] *Quod verificatur de omnibus acidis, plus, minuſque, prout acida ſunt, non vero de illis, quæ ipſo digeſtionis tempore aceſcunt, inter quæ vinum præcipue reponendum eſt; quia non ut acidum, ſed ut compoſitum ab acido, & alkali operari debet, nam in ſtomaco, ante quam aceſcat, humores lædet potius, principio volatili ſpirituoſo, quam, acido, a corruptione præſervat.*

¶ (8) *In pectoris adfectionibus, tuſſe, cathar-*

οἴσοφχγον, qui ab Arabibus Meri appellatur, nihil ad ipſum, a dulcibus reſudat, niſi ſubtile: neque ſanguis ex rebus dulcibus genitus ad pulmonem penetrat, niſi prius in hæpate (9) depuratus, atque

---

ve, aſtmathe, mel, ſaccarum, & omnes ſyrupi, ad expectorationem promovendam, tuſſim ſedandam, & partes convulſas demulcendas, præſtant ſummopere. Sed de vino dulci idem adfirmari non poteſt, nam in hiſce caſibus damnum inſert, quia longe minus dulcedine, quam aſperitate, & acrimonia praeſtat.

¶ *(9) Omnia alimenta, & potulenta, quae per vaſa chylifera tranſeunt, non ad Hæpar immediate, ſed ad cor veniunt. Ductus enim thoracicus a Meſenterio, vel Ciſterna Pacqueti adſcendens, in venam ſubclaviam deſinit, ad quam advectum, chylum infundit, qui venoſo ſanguini miſcetur, cum quo, ad dexterum cordis ventriculum, tandem per arteriam pulmonalem, ad pulmones truſit, ut in ſanguinem poſſit elaborari, & ad reliquas corporis partes, data proportione, diſtribui. Ad Hæpar vero tantummodo pro Hæpatis nutritione, ſanguis ruber, in pulmone, aliiſque machinis preſſoriis paratus, pervenit, omnimode diverſus ab illis humoribus, quæ ad Bilis praepærationem concurrunt: nimirum, a ſplene, humor fere aqueus ad inſtar loturae carnis ab Homento adeps, ab inteſtinis, & meſenterio, humor acris alcaleſcens, atque omnes in ſinum venae portae occurrentes, inter ſe commiſcentur, ut per quinque venas ſub-*

in corde tenuatus fuerit, quemadmodum, idipſum Galenus comment. 2. libro 3. de vict. rat. in morb. acut. clariſſime oſtendit: vina item dulcia minus inebriant. Cujus rei graviſſimum habemus teſtem Hippocratem, qui lib. 2. de vict. rat. in morb. acut. aph. 2. in eum ſcribit modum: Vinum dulce, vinoſo minus caput gravat, minuſque mentem ferit. Rationem reddit Macrobius libro 7. cap. 7. Saturnal. Ex dictis jam omnibus, colligitur, corpori, quod, vel naturæ ipſius habitu, vel ab alia quapiam extrinſecus obrepente cauſa extenuatum eſt, vinum dulce, cum primis, & craſſum, ac ſufficienter coloratum exhibendum eſſe. Hoc enim evidenter nutrit, ſubſtantiamque corporis deperditam reſtituit, & impinguat. Sed corpori obæſo, ac pingui vina tenuia, odore, & ſapore jucunda, ſubalbida, & moderate fortia, magis ex uſu ſunt. Sitis [10] reſtinctioni, adhibendum eſt vinum album, tenue, ac debile. Hoc enim, non refrigerat ſolum, ſed valide etiam humectat: quo fit, ut ſitim etiam, facilius depellat, & quanto ſitis urgentior fuerit, tanto illud convenientius ſumitur. Ad ſpiritum vero, & virtutum, tum inſtaurationem, tum roborationem, vinum ſubtile, odoratum, ſapore gratum, colore moderatum,

---

ſtantiam Hæpatis aleant, ad Bilem conficiendam.

¶ (10) *Uti ſunt omnia vina oligophora, de quibus Cap. 8. in dictione* Bilioſis, *aliiſque antecedentibus.*

& ſufficientis fortitudinis utilius bibitur, idque cum pauco cibo. Porro affectus thoracis, ac pulmonis (11), qui diuturni ſunt, & ſine febre, a vinis, mediocris ſubſtantiæ, & ſapore dulci, multum juvantur, & potiſſimum, qui humoris, per ſputa, expectoratione purgantur, quemadmodum copioſius in libro de attenuante diæta cap. ultimo Galenus docet. Eadem ad alvi ſubductionem perquam utilia habentur.

¶ [11] *Dummodo intelligatur, uti revera intelligendum eſt, de ſimplici humoris expectoratione, a glutinoſo ſpontaneo, & ab inſenſibili Pulmonum perſpiratione ſuppreſſa enata, ut in ſenio, utplurimum, evenire obſervamus, admittitur modici vini generoſi uſus, ad humores concretos reſolvendos, & perſpirationem promovendam; Si vero de expectoratione in morbis ab Hæmoptyſi vel pthyſi ortis, omnino damnandus; quia in hoc caſu Febris ſymptomatica, tanquam comes indiviſibilis, hanc expectorationem ſequitur, quae ad maraſmum ducit, cui, nutrientibus, & temperantibus eſt ſubveniendum.*

CAP. XII.

De vino rubro.

SI vinum rubrum, nimium quandoque bibatur,
Venter ſtipatur, vox limpida turbificatur.

HIC recenſentur duo incommoda, ex immoderata vini rubri potatione.

PRIMUM, ventris conſtipatio [1]: cujus rei

¶ (1) *Ea quæ in Cap. 8. n. 2. de vini facultate dicta ſunt, & alibi, hoc idem, ſatis clare probant. Vinum enim rubrum, & amarum, omnes nervos, & vaſa roborando, eorum momentum intendit, unde ſequitur bona ciborum digeſtio, & aſſimilatio, aſſimilati diſtributio, diſtributi evacuatio. Humores autem, tali modo parati, ad perſpirationem inſenſibilem, aptiores ſunt. Ideo ſequitur, adaucta perſpiratione, alvum conſtipari. Si vero de ejus abuſu intelligatur, clarius fortaſſe liquet idem effectus: nam tum quia omnes nervi, & fibræ ventriculi, inteſtinorumque occaleſcunt, a continuo ſtimulo; tum quia humores, & Bilis præcipue, in acidam diſcraſiam abeunt, unde ſuis muneribus ſubeundis inaptiſſimi fiunt.*

cauſam nonnulli hanc aſſignant; nempe quod vinum rubrum, ſi cætera conſentiunt, reliquis impenſius, tum calfaciat, tum alat: ac caliditatis quidem ratione magis, deſiccet; ratione vero nutritionis, avidius a natura detineatur. Alii vero, ad immodicam vini rubri ſtyptici, ſive pontici aſſumptionem referunt. Hoc enim, cum conſtipandi, denſandi, & aſtringendi vim habeat, non ſolum ægre in corpus diſtribuitur, ſed alvum quoque ſupprimit.

SECUNDUM, gutturis, & faucium exaſperatio, ſive raucitas (2). Eam enim, vina quædam impenſe rubra, ſiccitate, & terrena eſſentia ſua efficiunt. In horum numero, vina quoque rubra Brabantiæ reponenda ſunt. Nam, & ipſa ſane ob ſiccitatem, & terrenam eſſentiam fauces exaſperant, idque potiſſimum faciunt, cum adhuc muſta ſunt; alvum tamen non cohibent. Muſta enim admodum rubentia, ventris ſolvendi vim habent, & hoc quidem ex multa terrenæ (3)

¶ (2) *Qui nimio vino utuntur, & ſæpe bebrii fiunt, in paraliſim facillime incidunt, præter alios nervorum morbos. Hæc aliquando incipit a nervis pulmonis, aſperæ arteriæ, & larijngis, quæ, omni elaterio deſtitutæ, ita flacceſcunt, ut nullo modo poſſint modulari: Hinc vox uniſona, rauca, & inſuavis. Idem pulmo collabitur, qui ab aeris pondere diſtentus, nequit conſtringi.*

¶ [3] *Omnes terræ, ſive naturales, ſive arte paratæ fuerint, potius ſtiptica virtute donantur,*

fœcis admiſtione, Hæc enim, propterea quod ni-troſa, ac ſalſa qualitate prædita ſint, inteſtina mordicantes, & abſtergentes, alvi ſubductionem moliuntur: Ab ejuſmodi igitur, dum muſta, id eſt, turbida ſunt, ac fervent; abſtinendum eſt: Ex quo enim mordicant, mordax etiam fumus ab ipſis reſolvitur, qui ad cerebrum ſublatus; oculos acrimonia ſua [4] corrodit, atque rube-

---

quàm ſolutiva; ſolvitur enim venter a Muſti potione, vel a principio fermentante, ſicuti uvæ ipſæ, a quibus elicitur, ſive a principio ſalino tartareo, quod non adhuc depoſuit.

¶ (4) *Vinum, acidam acrimoniam excitare poſſe, ſatius probatum eſt, ob pertinaciam partium componentium, quæ ab ipſo ſapore conſtat, & nullò modò deleri poteſt in humano corpore. De muſtò autem, pejora quidem mala timeri poſſunt; licet minus quam vinum inebriat, ob ſpirituum inopiam, quod cum partibus longe rudioribus conſtet, non adhuc per fermentationem adtenuatis; atque variis impuritatibus non excuſſis; duriſſimam diſcraſiam ſanguini conciliabit. Nam hæ partes cum ſanguine circumvectæ, ob majorem gravitatem, & cohæſionem per axim potius, quam per vaſa lateralia feruntur, nullimode per diureſim expellendæ, unde ad caput adpulſæ, apoplexiam, convulſiones, gravedinem, & vertiginem faciunt, præter oculorum lippitudinem, lacrymationem, ardorem, & palpebrarum eroſionem. Vivit adhuc guloſiſſimus vini potator, qui cum non*

facit. Idem, de muſtis quoque Brabantiæ, ſive ea rubra, ſive alba fuerint, æſtimandum eſt. Cauſa autem, cur fumus iſte mordicet, ex eo eſt, quod vinum, unde diſſolvitur, ſit mordicativum. Oportet enim, ſimilem eſſe defluxum ſubjectæ ſubſtantiæ, ut commen. 14. lib. 1. aphor. & com. 2. lib. 3. de vict. ration. in morb. acut. Galenus clariſſime oſtendit. In univerſum, vina craſſa pontica, ſive στυπτικα, rubra, vel nigra, opportune, ad retentoriæ facultatis ventriculi, aliorumque viſcerum corroborationem, bibuntur: quando nimirum, recrementa, vel plura juſto, vel ramentoſa deſcendunt, velut in alvi profluvio, atque dyſenteria contingit, ſicuti, & vina alba auſtera, & quæcunque alia adſtringentia medicamenta. In eum uſum, & fulva vina proſunt; non tamen ſimpliciter fulva, ſed fulva auſtera, quemadmodum Hippocrates libro 3. de vict. rat. in morb. acut. aphor. 7. & poſt eum in ſuis commentariis Galenus manifeſte docuerunt. Quibus autem venter, non facile concoquit, iis vina ſubtilia, vel ſubſtantia, & co-

---

ſufficeret ob inopiam, ut vinum magno pretio emeret, per plures dies, ad ſatietatem uſque, ſolo muſto, libidini gulæ ſatisfecit. In maxima tandem ebrietate, duris convulſionibus correptus fuit, & plus ſorte, quam arte, paucis adbibitis præſidiis, poſt multas ſeptimanas, convaluit, rigidis tamen artubus, hæbes, & abſque loquela, miſerrimum ſpectaculum intemperantiæ ſuæ præbens.

lore mediocria, odorata, ſapore jucunda, ſufficienter fortia, ac ſtypticitate quadam participantia, conferunt.

CAP. XIII.

De lethalium venenorum remediis.

Allia, ruta, pyra, Et raphanus, cum theriaca nux,
Præſtant antidotum, contra lhetale venenum.

HIC ſex referuntur ἀντιφάρμακα, & remedia, contra lethalia venena, ac venenatorum morſus.

PRIMUM, allium: quod, cum adverſus omne venenorum (1) genus, tum imprimis adver-

¶ (1) *Non videtur allia, omnibus venenis reſiſtere poſſe, quia non omnia venena, eodem modo in corpore operantur: quædam enim ventriculum, & inteſtina erodendo, necant, quatenus aculeis conſtant, ut vitrum contritum, arſenicum, & ſimilia, quæ prius irritando, ſpaſmum, & convulſionem inferunt, tandem fibras convulſas dilacerant, unde ſi cum alliis, his ſymptbomatibus occurras, citius necabis, nam hiſce venenis, vim majorem*

ſus vitioſæ, ac corruptæ aquæ noxas, remedio eſt. Præſumptum enim, quemadmodum idipſum Dioſcorides lib. 2. cap. 145. Plinius lib, 20. cap. 6. & Conſtantinus Cæſar. lib. 12. cap. 30. de agricultura, clariſſime oſtendunt, virus eius, quæ per imprudentiam bibitur, inefficax, atque irritum reddit. Avicenna 2. Canon. cap. 123. parem facultatem & Cæpæ [2] attribuit, quo

---

addes, dum allia, ſtimulando, fibras, & nervos pariter tendunt. Ad laxantia ergo, eſt confugiendum, qualia ſunt oleum, butirum, & alia adipoſa, quae ſpiculos involvunt, & fibras tenſas laxant. Decoctiones melacticæ, praeterpropter, pariter praeſtant, quia eodem fortaſſe operantur modo. Num opium poſſit exhiberi? Equidem non repugnat, nam virtute ſua fibras, laxat, & primum veneni effectum avertit; & revera quoties fibrae non rigeſcunt, nequeunt, a fortiori, diſrumpi. Supereſt vero, ut multa aqua ingeratur calida ad diſſociandum hujuſmodi venenum, ne concretum, aliis partibus noceat. Tutius vero, contra opium, allia exhibentur, quia debilitati, quam opium adfert, ſubveniunt, uti etiam omnia ſpirituoſa, & praeſertim vinum Creteuſe, aut aliud ſimile. Notum enim eſt, opium ventriculi robur deſtruere, & adpetitum inde delere, quod per allia, & cardiaca omnia impeditur.

¶ (2) *Experientia ſatis liquet, caepas diureſim promovere, ob quamdam analogiam, quam cum ſcillae radice comunem habent; eadem quoque fa-*

ſit, ut ſubalio, hoc quoque comprehendi debeat. Idem 3. 1. doct. 5. capit. 7. ceu theriacen vitioſarum aquarum, cæpam commendat, & maxime quidem, ſi cum aceto ſumatur: Nam cæpa, cum extenuandi, incidendi, cumque ſtypticitate quadam abſtergendi, & non ignaviter aperiendi vires obtineat, caloreque tertium ordinem accedat malas aquas, ne frigiditate ventriculum offendant, temperat, craſſaſque, ut promptius deſcendant, extenuat, Acetum vero cum ipſo permiſtum, non modo virtutem ejus in aquarum, tum extenuatione, tum penetratione auget, ſed a ſiti quoque, quam cæpe movere ſolet, præſervat (3). Eadem & in allio, ratio eſt: quare

---

cultate allia praeſtant, quae omnia attenuando, & partes concretas incidendo, per vaſa lynphatica. & per tubulos orinarios, humoribus iter expediunt. Ideo in hydrope leucophlegatia, aliiſque adfectionibus hujuſmodi in uſu ſunt. Juvat ſimiliter illis, qui aquas paluſtres bibunt, & loca humida degunt, quae perſpirationi inſenſibili notabiliter nocent, quia vaſorum momentum augent, & humorum cohæſionem impediunt, quod quidem aromata, & vinum generoſum etiam conſequuntur.

¶ (3) *Verum quia allia, & cæpe, ob notabilem acrimoniam, quam ab alkali principio recognoſcunt, partes nervaſas irritando, adtritum excitant, & humorum ſequeſtrationes promovent, ſitim ſatis excitant moleſtam; Ideo aceto generoſo ſunt temperanda; etiam ne forte ſtomaci ardorem inducant. Jam enim experientia conſtat, allia præſertim contrita, cuti admota, calorem prius, in-*

poſt

poſt craſſæ, & turbidæ aquæ potum, præcipue commendatur. Eas enim, ut cito deſcendant, extenuat, & ne ventriculo, ac inteſtinis officiant, venaſve obſtruant, juvamentum præſtat. Allium præterea, Avicenna 3. 1. doct. 5. capite 4. teſte, iter facientibus, contra occurrentis aeris frigiditatem, mirifice prodeſt [4] qua ex cauſa, per diverſas mundi plagas oberrantibus, varioque potu utentibus, utiliſſime præſumitur; id quod Macer libro 1. capite 5. hiſce etiam verſibus innuere voluit:

Allia, qui mane, jejuno ſumpſerit ore,
Hunc, ignotarum non lædet potus aquarum,
Nec diverſorum, mutatio facta locorum.

ALLIUM quoque contra virulentarum be-

---

de plagam excitare. Unde ſequitur ut earum uſus moderatus ſit, & tanquam condimentum inſerviat ad adpetitum, & digeſtionem facilitandam. Cæterum humoribus, & ſanguini, ſemper quamdam acrimoniam conciliant, unde urinæ ſtillicidium, & ardor, utplurimum originem trahit.

¶ (4) *Facilius digeruntur hyeme, quam æſtate, plus in locis ſeptentrionalibus, quam alibi, ob frigoris actionem, unde fibris omnibus, majus robur accedit, & cauſa aſſimilatrix intenſior evadit; ſimiliter promptius egeruntur de corpore, vigente viſorum momento, atque inde frigus ipſum mirifice temperatur.*

ſtiarum, ſerpentium, & viperarum ictus, [5] & privatim hæmorrhoi prodeſt, ita ut, non aliud magis, ſi cum vino jugiter adſumatur, aut tritum in eodem ebibatur. Contra rabioſorum morſus, & illitu, & cibo valet. Venenatis μυγαλῆς hoc eſt, muris arenei morſibus, efficaciſſime, cum ficulneis frondibus, & cymino illinitur. Quin, & venenata animalia, allii odore fugantur, ut ex illo Virgiliano diſticho patet:

Theſtylis, & rapido feſſis meſſoribus æſtu,
Allia, ſerpillumque, herbas contundit olentes.

Ejus rei cauſam Aemilius Macer, loco paulo ante citato, his verſibus exponit:

Hec ideo miſcere cibis, meſſoribus eſt mos.
Ut ſi forte ſopor, feſſos depreſſerit illos
Vermibus a nocuis, tuti requieſcere poſſint.

Porro cum fœtor allii, eis qui id non deguſtarunt, longe graviſſimus, & moleſtiſſimus ſit, ei quoque rei, ne qui ſumpſerunt alios offendant, remedium aliquod adhibendum eſt. Mænander itaque e Græcis autor eſt, allium edentibus, ſi radicem betæ, in pruna toſtam ſuperederint, odorem extingui (6). Quidam tradunt,

---

¶ [5] *Ex ſupradictis probatum eſt, partes nervoſas roborari, & momentum vaſorum intendi. Sequitur ergo, ut cor, & viſcera vitalia in partes remotiores expellant omne venenum, quod ſanguini commixtum, vitales vires potuiſſet adficere.*

¶ (6) *Difficile ſatis videtur, graviſſimum allii odorem, per Betæ radicem extingui, qui u*

ipſa, gravem halitum, non eſſe factura, ſi quis ab ipſorum eſu, crudam fabam inſuper mandat. Hieronymus Tragus eandem facultatem, viridibus etiam rutæ foliis adſignat. Macer lib. 3. cap. 6. zedoariæ radicem id efficere, his verbis tradit:

---

extingueretur, oporteret aliud ferculum ſuperedere, quod odore ſuo, longe allii odore præſtaret, vel ut allii digeſtionem quamcitiſſime abſolveret. quod hactenus non fuit inventum. Præterea allii odor non ſolum per os edentis perſentitur, verum per urinam, per alvum, & per ipſam cutim evaporat, uti omnibus notum eſt. Similiter uti ad cibos conquendos concurrit, & ad carnes præcipue, ita ipſum nunquam digeritur; ſive potius etiam digeſtum, ingratiſſimum odorem ſemper retinet. Ex hoc enim ſequitur, nutrimentum humano corpori præbere non poſſe, quia ſuos characteres ſub viribus digeſtionis, aut ſub aliis machinis praeſſoriis non deponit, ut in aliam ſubſtantiam corpori analogam poſſit abire. Hinc ejus uſus, diram acrimoniam humoribus infert, ex qua infinita mala adoriri poſſunt, uti infra de porris. Ob moleſtiſſimum pariter ſaporem vermes necat, praeſertim jejuno ſtomaco ingeſtum, unde Mulieres vulgares, Filiis ægrotantibus, aquam allio conditam potandam praebent, vel circa guttur eorum, filo ſuſpendunt. Verum, licet efficax ſint remedium contra vermes, attamen, quia calorem excitant maiorem, putrefactioni ſummopere favent, qui in febribus corruptoriis, aut bilioſis ſemper compeſcendus eſt.

Allia, quem faciunt fœtorem, pellit ab ore.

CÆPE quoque, ex Dioſcoridis Anazarbei ſententia, rabioſi canis morſibus cum aceto, ruta, & melle illitum auxiliatur. Eadem, ad verbum fere, mutuatus eſt Avicenna 2. canon. cap. 123, Verum in hoc diſſentit, quod acetum omiſerit, & ſalem in mellis locum ſuffecerit. Cæpe præterea, flatus Venenatorum in cibo diſcutit, atque expellit. Et ſuccus, qui ex ejus eſu, plurimus in ſtomacho gignitur, peculiari quadam proprietate, venenatorum noxas frangere, a quibuſdam creditur. Cæterum ſilentio illud hoc loco minime prætereundum eſt, quod allium, cæpe ac porrum in cibum non conveniant, neque temperatis, neque calidis corporibus. Nam extra hoc, quod pauciſſimum, & parvum dant alimentum, acrem etiam, atque pungentem ſanguinem, maxime, ſi cruda ingerantur generant: humores tamen craſſos tenuant, lentoſque incidunt. In totum, omnia hæc, ſi cruda edantur, pejores, quam cocta, ſuccos procreant, ac plus humoris excrementitii continent. PORRUM, Simeon Sethi calidum, & ſiccum in ſecundo facit ordine. Urinam cit, & noxium ſuccum creat. Aſſidue comeſſum, viſus hebetudinem, & capitis dolorem efficit. Stomacho adverſatur. Difficilia invehit ſomnia. Nervos, dentes, & gingivas, acrimonia ſua lædit, & ſanguinem nigrum, atque melancholicum generat. Bilioſis itaque, & melancholicis, vitandum eſt, potiſſimum, ſi crudum fuerit. CÆPE ex quarto ſunt ordine excalfacientium; earumque eſſentia craſſarum eſt partium. Si ſuccum exprimas, quod

reliquum eſt, admodum terreæ ſubſtantiæ eſt, ejuſque calidæ. At ſuccus, aqueæ, aereæque caliditatis. Si crudæ edantur, humores in ſtomacho, malos, putridos, & corruptibiles generant, difficilia, & terribilia inducunt ſomnia. Largiore cibo, capitis dolores cient: In morbis, coctæ etiam, lætargicos, & phreneticos efficiunt, memoriam, & rationem, ut aliqui ferunt, lædunt. Si vero, cum electæ carnis juſculo coquantur, plurimum malignitatis deponunt, appetentiam invitant, concoctionem promovent, & frigidos cibos, quibuscum percoquuntur, temperant. Si quis tamen crebrius his utatur, in lienis vitia incidit. Tutius igitur eſt, eas raro attingere. ALLIUM, ut Galeno placet, excalfacit quarto exceſſu, humiditate quidem participat aliqua, ſed minore, quam cæpe. Inflammationes permutat, alteratve. Veterem tuſſim, crudum, coctumve comeſtum, lænit. Aſperas arterias clarificat, & ſcreatum provocat. Aciem oculorum, eſu hebetat. Capitis dolorem facit. De eo hoc amplius Galenus libro duodecimo method: medendi, capite octavo: Eſt inquit allium, ex eorum ciborum genere, qui, & flatum diſcutiant, & minime ſitim inferant. Sunt qui parum id experti, exiſtiment majorem, quam cæpas, ſitim excitare, ſed plane, errore: cum non modo, non majorem, quam cæpe, ſed nec omnino ſitim faciat. Idem, omnium plane eduliorum, maxime flatum diſcutit. Itaque ipſe certe, agreſtium theriacen id appello. Abſtinendum tamen, ut paulo ante dictum eſt, ab affi-

duo horum trium uſu, & potiſſimum cum is, qui ipſis veſcitur, natura fuerit bilioſus. Solis enim, qui vel ſuccum pituitoſum, vel crudum, & craſſum, ac lentum acervarint, cibi ejuſmodi, ſunt accommodati.

SECUNDUM, Ruta: Ejus duo ſunt genera. Unum ſatiuum, atque hortenſe. Alterum montanum, ſylveſtreque. Ruta montana, ſylveſtriſque in cibis damnatur, quod ex quarto ſit ordine excalfacientium, & ſiccantium: Sativa vero, cum ex tertio ſit, in cibos magis admittitur. Eſt autem, non ſolum guſtu acri, ſed & amaro. Ex quo ſane etiam digerere, atque incidere craſſos, lentoſque humores poteſt. Ob eam vim, & per urinas evacuat. Quin, & tenuium eſt partium, flatuſque extinguit [7]: Qua-

---

¶ [7] *Inter medicamenta roborantia Ruta ſuum obtinet locum, ideo in flatibus diſcutiendis mirifice valet, nervos nimirum roborando, elaſtici aeris exitum facile molitur maximo cum levamine, omnes hypocontriaci de ea utuntur ad ructus promovendos, ſtomaco infeſtiſſimos. Mulieribus quoque hyſterica paſſione laborantibus mirifice juvat, nervos fortaſſe roborando, qui ſatis debiles, majorem ſenſationem percipiunt. Eadem ratione repugnat, veneris adpetitum extinguere poſſe, quin potius ab omnibus medicamentis roborantibus, tintigo hæc facile excitatur. His enim poſitis etiam inter medicamenta caephalica haberi poteſt, quia omnia vaſa roborando, & ipſum cor, ſanguinis celeri-*

re ad inflationes coli, uteri, & recti inteſtini competit, ac Veneris appetitum cohibet, diſcutit, atque exiccat ſtrenue; eſt enim, eorum ex numero medicamentorum, quæ valenter deſiccant. Traditur etiam, quod cruda, ſaleque condita, ac comeſta, viſus aciem, mirum in modum exacuat: ob id antiqui ſculptores, & pictores, hoc cibo aſſidue utebantur. Nonnulli, & ſuccum ejus, cum ſucco fœniculi, & melle commiſcentes, medicamentum ad oculorum aciem acuendam conficiunt, verum cum acrimonia quædam oculis infeſta, ſucco ejus inſit, ventilando applicari debet, ut vapor ejus tantum, & non ſubſtantia oculos pertingat. Quæcunque autem ruta, & per ſe, pro lethalium medica-

---

tatem intendit, unde ad caput pro ſpirituum præparatione maior quantitas adfluit. Similiter oculorum aciem acuit, tum quia ad retinam ſuccus nerveus adponitur; tum quia humores ipſi, a faciliori circulatione renovati, a ſordibus, & lentore quovis repurgantur. Neque repugnat, oculos ipſos a leni Rutae infuſione ablui poſſe, abſque ullo detrimento, quia lacrymis erumpentibus clarior evadit viſus. Tandem quodammodo a venenis, ſive internis, ſive externis præſervat, quoties cor, & vaſa roborando; circulationem liberius promovet, unde ad remotiores partes quidquid eis infeſtum eſt expellit, & vitalia viſcera liberat. Cæterum ejus virtus tantum extolli poſſe non videtur, cum iis effectibus infra enunciatis, careat aliquando.

mentorum antidoto valet, foliis tritis, & ex vino ſumptis: Contra aconitum maxime, & ixiam. Item fungos, ſive in potu detur, ſive in cibo. Valet, & contra ſcorpionum ictus, & araneorum, apum, crabronum, veſparum aculeos, & cantharidas, ac ſalamandras, caniſve rabioſi morſus. Acetabuli menſura, ſuccus, ſive ſemen, e vino bibitur, & folia trita, vel commanducata, imponuntur cum melle & ſale, vel cum aceto, & *pice* decocta: Succo vero perunctos, aut eam habentes, negant feriri ab his maleficiis: Serpenteſque, ſi uratur ruta, nidore fugere. Folia per ſe præſumpta, aut cum nuce juglande, aridiſque ficubus, inefficaces venenorum vires reddunt: contra ſerpentes, ſimili modo ſumere convenit. Ariſtoteles lib. 9. cap. 6. de hiſtoria animalium tradit, muſtelam dimicaturam cum ſerpente, rutam comedere. Odor enim ejus, infeſtus eſt ſerpentibus. Ruta quoque, cum ficubus, & amygdalis dulcibus mane ſumpta, a veneno præſervat. In ſanctuariis Mitridatis maximi regis devicti, Cn. Pompeius invenit in peculiari commentario, ipſius manu exarato, compoſitionem antidoti, e duabus nucibus ſiccis, item ficis totidem, & rutæ foliis viginti ſimul tritis, addito ſalis grano, & qui hoc jeiunus ſumat, nullum ei venenum nociturum illo die. Autor eſt Plinius lib. 23. natur. hiſtor. capite 8. eadem Galenus quoque lib. 2. de antidotis cap. 43. & lib. 2. de aliment. facult. cap. 28. & in libro de cibis boni, & mali ſucci, capite 14. confirmat. De ruta, plura leges apud Dioſcoridem libro tertio capite 43. Plinium libro

vigeſimo, capite 13. Galenum libro 8. capite 49. de ſimpl. medicament. facult. Conſtantinum Cæſarem lib. 12. cap. 25. de Agricult. & Simeonem Sethi in Syntagmate.

TERTIUM, Pyra (8). Hæc namque veneni, & præcipue fungorum malignitatem pellunt, abiguntque. Quod quidem de pyris ſylveſtribus cumprimis intelligendum videtur. De eis enim Dioſcorides libro 1. capite 132. ita ſcriptum reliquit: Ajunt Fungos, ſi ſylveſtria pyra cum eis coquantur, innoxios fieri. Et lib. 6. cap. 23. Fructus, aut folia pyraſtri, cum fungis decocta, ſtrangulantem illam vim auferunt, eſitataque eiſdem auxiliantur. Quod Paulus Aegineta lib. 5. cap. 55 in eum ſcribens modum innuere etiam voluit. Pyra ſylveſtria, aut folia ſimul incocta, vim ſtrangulandi, quæ fungis

---

¶ [8] *Non videtur Pyra ſilveſtria hac facultate pollere, eo magis, quia ipſa quoque ſtiptica ſunt, & guſtui ingratiſſima, unde Fungorum vim ſtrangulantem augent potius, niſi forte, cum ea cocta Dioſcorides velit, intelligi debeat, quod vi ignis, eorum ſtipticitas in dulcedinem converſa, contra fungorum ſtipticitatem auxilio ſit. De Pyris autem aromaticis ob eandam rationem poteſt verificari. Verum hoc Pyrorum genus, actenus omnino ignotum. Potius vero Fungorum veneno, per laxantia, & oleoſa eſt reſiſtendum, nec non per anodina, & diluentia, quoties inflammationis aderit ſuſpicio, quæ facilè a ſtiptica vi fixante timeri poteſt.*

ineſt, tollunt, eademque in cibo conferunt. Hanc pyrorum contra fungos èfficaciam. Plinius lib. 23, capite 7. ponderi, & pugnanti ſucco attribuit. Intelligi præterea poteſt, & de pyris aromaticis, quæ ſane cum ſpiritus, fragrantia ſua corroboretur, veneni etiam noxam pellunt.

QUARTUM: raphanus [9]: Ejus Græci duo faciunt genera, ſativi, & ſylveſtris. Sativus hodie, peculiariter raphanus minor dicitur, Germanice *Radijs*. Gallice *une Rave*, *ou Refori*. Hiſpanice *Ravano*. Sylveſtris, Plinio lib. 19. cap. 5. teſte, Latinis Armoracia apellatur, Germanice *Meeradijs*. Sativus excalfacit ordine tertio, deſiccat ſecundo: Sylveſtris autem, in utroque efficacior eſt. Quin, & ſemen ipſum, planta efficacius eſt. Sativus contra viperarum ictus auxiliatur. His, qui fungis ſtrangulantur, tam cibo, quam potu, ſalutaris eſt. ſi quis jejunus ipſos accipiat, ſecurus erit, ut ne a medicamentis lædatur. Succus ipſorum ex aqua acceptus, boletis, & venenis reſiſtit. Si vero raphani ſucco, quis manus ſuas probe illinat, ac confricet; intrepide, & citra periculum reptilia, ac ſerpen-

¶ (9) *Nimis ejus virtus extollitur contra venenum, & morſus venenatorum. Reducenda autem eſt in ſpecie, adverſus ea tantummodo, quæ ſtuporem inducunt, ut de alliis dictum eſt, ab alkali illis analogum. Cæterum ſuperſtitioſa videtur Antiquorum fides Raphano præſtita, quia ejus arcana virtus experimentis non reſpondet.*

tes apprehendet. Scorpiis impoſiti raphani, e veſtigio ipſos interficiunt, & ſuccus in hoc expertior magis, ac fortior eſt. Si quis præſumpto raphano, a ſcorpio percutiatur, non ſolum non morietur, ſed etiam celerem ſanitatem adipiſcetur. Raphanus autem, ob eam etiam cauſam, contra venena valere dicitur, quod vomitiones [10] moveat, quibus ſtomachus a noxiis humoribus expurgetur. Semen quoque, venenis, & venenatis vermibus adverſatur. Contra cera-ſtis morſus, potum ex vino auxilio eſt.

Raphanus ipſe. cum manifeſta calfactione, attenuandi, atque incidendi facultatem habet. Nam qualitas acris in ipſo ſuperat: quibus rebus, pituitam ſcindit, & abſumit (11). Sanguinem

---

¶ (10) *Venenum recens abſumptum per emeticum tutius ejicitur antequam mortiferum effectum pariat, qui non a virtute ſpecifica emetici impeditur, verum quia educitur venenum ipſum. Quapropter quoties Raphanus vomitionem promovet, & venenum foras educit, non videtur alexipharmaca virtute donari, verum neque ſatis clare conſtat, raphanum ſemper vomitum ciere, licet non repugnat jejuno ſtomaco abſumptum, ope alkali ſpontanei, cardialgiam producere nimis moleſtam, præſertim bilioſis, Bilem ipſam acriorem reddere, & tandem vomitum excitare, qui, a quovis alio acriori cibo, vel potu, non raro promovetur ſine expectatione.*

¶ [11] *Illis qui acido ſpontaneo laborant, ſpe-*

acrem, atque pugentem efficit, eoque biliosis nocet. Stomacho adverſatur, ructus ciet, humorem craſſum, ac lentum, &, ſi virtus concoctrix debilis fuerit, crudum etiam generat, Vomitum cieri per raphanum ſumptum ante reliquum cibum, dicit Dioſcorides lib. 2. cap. 105. utpote qui, hoc modo cibum elevet, & ad evomendum protrudat. A reliquo autem cibo ſumptum, ἀνάδοσιν, hoc eſt, diſtributionem ciborum in corpus, juvare perhibet, his verbis: Summo tamen cibo ſumi debet, quo magis ejus diſtributionem adjuvet: cum autem præſumitur(12) cibum ſuſpendit: quare vomituris commodiſſime datur ante cibum. Verum Galenus lib. 2. de aliment. facult. cap. 70. ſe mirari ait, tum Me-

---

cificum eſt remedium propter alkali ſatis penetrans, quod præſefert, unde acidus lentor, ſive phlegma adtenuatur, & digeritur. Ob hanc vim adtenuandi, in viſcerum obſtructionibus, in phlegmatica diſcraſia, & Hydrope ſatis præſtat, atque urinam adfluentius expedit. Omnia vegetabilia, quæ alkali hujuſmodi volatile continent, uti Naſturtium aquaticum, coclearia eundem pariunt effectum, qui principio illo alkalico ſtimulanti debetur. Nocet autem biliosis, quia Bilem acriorem reddit, corruptioni favet, unde aër fixus a reliquis partibus ſolutus, elaſticitatem acquirit, & ructus producit ingratum raphani odorem continentes.

¶ (12) *Quod non repugnat. Vid. adnotat. anteced.*

dicos tum Idiotas, qui raphanos crudos a cœna ἐυπεπσιας ἕνεκεν, id eſt, bonæ concoctionis gratia edunt. Ipſi quidem, inquit, hanc rem, experientia ſatis ſibi exploratam eſſe affirmant, qui tamen ipſos ſunt imitati, omnes læſi fuerunt. Sumpti enim poſt cibum, coctionem non juvant, ſed impediunt potius. Subinde enim eructant, ventriculum probe claudi non ſinunt, caput vaporibus replent, eique gravitatem inducunt. Minus tamen officiunt, qui exigua copia a cœna, cum ſale, & aceto ingeruntur. Inde ἐυφυίαν κὴ τὴν διάνοιαν ἐυεπιβολον, ideſt, bonam ingenii habitudinem, ac induſtriam homini, mentemque quæ recte, ac perſpicue percipiat, atque intelligat, efficere tradunt. Dioſcoridi, ſenſuum etiam aciem excitant. Lienem extenuant, jecinori, & lumborum doloribus proſunt. Nonnulli quoque cum oximelite, vomendi gratia propinant, multamque educunt pituitam, & a febre quotidiana ſæpe, & quartana liberantur. Folia, ſi parva copia ſumantur, coctionem adjuvant, & ad adpetentiam, quæ collapſa fuerit, excitandam accommodata ſunt. Plura de raphano Dioſcorides, atque Galenus locis paulo ante citatis. Plinius lib. 20. cap. 4. Conſtantinus lib. 12. de agricul. cap. 22. & Simeon in Syntagm:

QUINTUM, Theriace [13]. Hæc enim

¶ [12] *Verificatur in bilioſis, uti ſupra. qui ut facilius ferant, oportet, aceto, aut alio ſimili eum temperare. Poſt abſumptum cibum vero, mi-*

tota ſubſtantia ſua, tam brutis, quam ratione præditis animalibus, contra omne veneni genus, auxilio eſt, neminemque pollicito fruſtrari ſinit. Siquidem nullum unquam a feris, quæ hominem ſolent interimere, commorſum, hac ſtatim epota antidoto, periiſſe, memoriæ eſt proditum. Nullum, eadem præſumpta, haud multo poſt, morſu impetitus, belluæ veneno, ceu illam ſuperante interiit. In peſtifera etiam lue, ſolum hoc antidotum, malo correptis prodeſſe, adeo hactenus viſum eſt, ut nullum aliud præſidium, tanto malo reſiſtere fuerit idoneum. Namque peſtis, tamquam, & ipſa exiſtat quædam bellua, haud paucos interimit, verum civitates quoque totas depaſcens, male conficit. Quippe prava quædam aeris, ad corruptionem promta mutatio efficitur, & homines cum reſpirationis neceſſitate, periculum evitare nequeant, ipſum aerem, veluti venenum quoddam, ad ſe, per os attrahunt. Theriacen (14) autem, in

---

nus nocet, eo magis ſi acidum fuerit. Phlegmatici vero ſive ante, ſive poſt cibum ſumpſerint, faciliorem digeſtionem expediunt. Alimenta enim ut facilius digerantur, adtenuari debent, quod raphanus alkali ſuo conſequitur, unde facilis digeſtio.

¶ [14] *Non repugnat quampluximos bonos effectus ſæpe produxiſſe, eo magis ſi eius compoſitionem attente ſpectaveris, atque omnigena pharmaca, a quibus componitur. Eſt enim egregium*

ejuſmodi aeris ſtatu præſumentes, neutiquam a malo corripiuntur. Quin, & correptis jam, eadem medetur, aeris inſpirati malitiam inalterans, mutanſque, ut quæ corporis temperaturam infici magis prohibeat. Breviter, totum corpus, ita ab injuriis ſecurum facit, ut nec a deleterio quopiam poſſit infici. Conſimilis fere virtutis eſt, & aliud quoddam antidotum, quod ab ejus, cui in frequenti uſu fuit, nomine Mithridatium appellatur. In qualitate enim, atque efficacia, theriacæ proximum eſt, parumque differunt, niſi forte, quod theriacen, paulo calidior, & contra ſerpentum venena potentior, eſt. Proditur magnum illum bellatorem Mithridatem, hoc antidotum præſumentem, ob firmam corporis conſtitutionem ex illo præparatam, non potuiſſe veneno poto, interire. Cum enim bellum, adverſus Romanos gereret, a Pompeo victus, in extremis, medicamenti veneno, ſanus mori cogeretur, medicamento epoto, eoque copioſo, ipſe quidem non interiit: filiæ autem ob eximium erga patrem amorem, cum eo mortem volentes oppotere, ejuſdem medicamenti potu, ſubito conciderunt. Deinde, cum mortem ille, obire ſtatim non poſſet, veneno propter antidotum præſumptum inefficaci, vocato quodam ipſius amico, nomine Biſtoco, injunxit ipſum ut jugularet. Atque ſic medicamenti opus ferro abſolvens, mori ipſum violenter coegit. Hæc fere Galenus in libro de Theriaca ad Piſonem cap. 2. & 8 & 28. Lege plura apud eundem in libro de uſu Theriacæ ad Pamphilianum per totum, &

lib. 1. de antidotis capit. 19. & Avicenna 6. 4. tract. 3. cap. 1. & 6. 4. tract. 1. cap. 5.

SEXTUM, nuces: nempe juglandes, quas nonnulli etiam regias appellant. Hæ multo ſane in uſu ſunt. Cum ruta, & ficis præſumptæ, & a ſummo cibo, lethalibus venenis (15) adverſantur: nec minus, ſi a veneni hauſtu, comedantur. Largius eſitatæ, latos lumbricos pellunt. Cum cæpa vero, ſale & melle, canis hominiſque morſui conferunt. Et hoc de aridis, cumprimis intelligendum eſt. Alimentum porro, quod corpori præbent, exiguum eſt. Aridæ viridibus, ac humidis pejores habentur: unguinoſiores enim, magiſque pingues ſunt, itaque facile etiam in bilem tranſeunt (16): & quo diu-

---

antidotum ſtomaco, cordi, nervis, atque etiam doloribus accomodatiſſimum.

¶ (15) *Nimirum erodentibus mirabiliter reſiſtunt, propter oleum, quod nimia copia continent, eo magis, ſi una cum ficis ſiccis ingerantur, quæ tanquam unguen, veneni aculeos obtundunt, & partes nervoſas defendunt, ne ab illis lædantur.*

¶ (16) *Omnia adipoſa in rancidum abeunt, præſertim ſi Bilis actio defecerit, quæ oleum, & adeps cum aqua intime miſcet, ne ſorte per vaſa fluant ſeorſim, ſicuti in Hydrope videre eſt, cuius cauſa, obſtructo Hepati debetur. Quoties igitur, Bilis, nucibus digerendis non ſubveniat, & eorum oleum non diluat, atque cum reliquis humoribus non miſceat, mora, & calore ventriculi rance-*

tius

tius reconditæ fuerint, magis tales efficiuntur. Quamobrem, oleum etiam ex inveteratis, exprimere liceat. Tunc ſane concoctu difficiles, & ſtomacho, præſertim bilioſo, inutiles fiunt, atque bilem augent, faucium, & capitis dolorem adferunt, tuſſientibus inimicæ, oculos lædunt, vertiginem faciunt, idque cum a cibo ſumuntur, linguæ τραχύτητα inducunt, & in ore inflammationes, & ulcera pariunt. Stomacho meliores fiunt, ſi cum caricis edantur. Ad vomitiones jejunis in cibo utiles. Cæterum quæ virides (17) adhuc ſunt atque humidæ, neque adſtringentis qualitatis, neque oleoſæ conſpicue participes, ſed magis quodammodo qualitatis expertes, hæc ſtomacho minus nocent: dulciores enim ſunt, faciliuſque concoquuntur, & multo magis, quando & ipſæ cum caricis manduntur. Humidæ præterea, aptæ ad dejectionem ſunt; ſiccæ vero minus. Plerique autem, ventris ſubducendi gratia, cum carne etiam ipſas præſumunt: in

---

ſcunt, & pravum nutrimentum efficiunt, neque vero in Bilem tranſire poſſunt, quia, licet adeps Homenti, ad Bilis præparationem concurrat, nuces ad illud, nonniſi poſt longiſſimum iter, & a prima ſubſtantia mutatæ, perveniunt.

[17] *Oleo prorſus deſtitutæ videntur, & preſſæ, tantummodo lac vegetabile præbent, quod in ſuccum alimentitium convertitur ad ſanguinis æſtum temperandum, adinſtar emulſionis ſeminum frigidorum.*

quem, virides ſunt accommodatiores, ut quæ adſtringentis qualitatis minus ſint participes. Quin, & ſiccarum quoque, ſi prius, (quod nonnulli faciunt) in aqua fuerint maceratæ, facultas, viridibus eſt adſimilis. Ad hæc, viridium nuclei depellati, atque torrefacti aliquantulum, ſi a reliquo cibo commanducentur, ciborum in corpus diſtributionem adjuvant. Et ſic patet in univerſum, corporibus ſanis, nuces virides, magis, quam ſiccas convenire. Plura Dioſcorides lib. 1. cap. 140. Plinius lib. 23. capite 28. & Simeon Sethi in Syntagmate.

CAP. XIV.

De Aere.

Lucidus, ac mundus ſit, rite habitabilis aer,
Infectus neque ſit, nec olens fœtore cloacae.

HIC agitur de prima re non naturali: nempe de Aere, cujus, ut Galen. lib. 9. cap. 14. meth. meden. & in arte medicinali capite 85. teſtatur, nulla eſt evitandi ratio. Nam in aere nos ambiente ſemper verſari, comedereque, ac bibere, & vigilare, & dormire eſt neceſſarium, & ſine eo, nec tolli morbus, nec teneri ſanitas

poteſt. Hic igitur cauſæ ſine qua, non obtinet rationem. Quapropter ſedulo hoc agendum, ut in ambiente, quoad fieri poteſt, quamoptimo habitemus. Quod, ut recte conſequamur, quatuor ejus notas, hiſce verſibus expreſſas, diligenter conſideremus oportet. Quarum prima quidem eſt, ut ſit lucidus, clarus, minimeque craſſus, aut nebuloſus. Craſſus enim, & obſcurus, humores confundit, turbiduſque ad cor deſcendit (1): quo fit, ut ſpiritus etiam, turbidi, ac

---

¶ [1] *Aer ſingulis inſpirationibus ad Pulmones deſcendit, illoſque diſtrahit, atque per omnia vaſa bronchialia, ſive aerea, quæ ſunt infinitæ propemodum aſperæ arteriæ productiones, diſtribuitur. Poſtquam ſatis fuerint diſtracti, a vi contractili fibrarum, abreviantur, & aer iterum egreditur. Quo tempore ad cor nullo modo poteſt pervenire, quia nulla patet via a pulmonibus ad cor, licet eis proximum, imo intra ipſos lobulos fere contentum. Non videtur ergo, quomodo hic aer poſſit humores confundere, quoties humoribus nullo modo miſcetur. Vigebat autem apud Antiquos hæc opinio, aerem nempe per pulmones a vaſis ſanguiferis abſorberi, & cum ſanguine tranſire ad cor, quæ ratione, & experimentis nunquam verificatur. Vid. tom. 2. prælection. Boer. pag.* 114. Aer vivi animalis venæ impulſus, mox lætalem peripneumoniam facit, dum obſtruit omnia vaſa pulmonis. Dum vero conatur per vias iter ſibi parare, quas ex ſua indo-

craſſi, tum corpus pigrum, ac languidum reddentes, tum animum quoque contriſtantes, ex eo producantur. Nihil autem magis vividum, ac jucundum, minuſve circa voluntarios motus pigrum reddit hominem, quam ſi in lucido, ac claro verſetur aere, aut mane ſurgat. Secunda, ut ſit mundus, hoc eſt, exquiſite ſincerus, ac purus, nulliſque vaporibus inquinatus. Impurus namque, juxta qualitatem, & naturam illius, quod ipſi admiſcetur, cordis temperaturam variat, atque immutat, quemadmodum idipſum Hali Roboam comment. 16. in lib. 3. Artis Medicinalis Galeni oſtendit. Tertia, ne ſit in-

---

le invenit impervias, diffringit omnia, citamque mortem infert. *Verum impuritates, & exhalationes, quæ una cum aere inſpirantur, cavitatem aeream pervadentes, illuc adhærent, & a venis facillime abſorptæ, in circulationem veniunt. Confunduntur tamen humores, licet alia, ac diverſa prorſus cauſa, nimirum per inſenſibilem perſpirationem, quæ notabiliter ſuppreſſa ſub aere humido, & nebuloſo cum lynpha reflua in circulationem redit, & aliis humoribut, ſanguinique ipſo commixta, quamdam impuritatem illis conciliat, dum cum illis confunditur, unde gravedinem in viribus, tarditatem, obſtaculum in circulatione, & in Capite ipſo ſoporem etiam inducit. Necnon febres reumaticas, catharrum, dolores in artubus, pleuritidem, peripneumoniam, & hujuſmodi alia.*

fectus, cujuſmodi eſſe ſolet in locis, cadaverum non crematorum multitudine refertis, ſicut in præliis contingit. Nam hunc, peſtis fere ſubſequitur. Inſpiratus enim in corpore, ſpiritus inficit. Quarta, ne fœtorem habeat cloacæ: Sub qua ſane comprehenduntur, & particulares aeris infectiones omnes, quibus humana natura offenditur: nempe latrinarum; cœni, ſterquiliniorum, fovearum, culinæ, locorum, in quæ cadavera, & oſſa mortuorum comportantur, & ſtagnorum; ſeu paludum, idque multo quidem magis, ſi linum inſuper, aut cannabis in eis putreſcit. Quando enim aer hujuſmodi, ſordidus, inquinatus in corpora ingreditur, ſpiritus inficit, ac maximam cerebro noxam ſuggerit; viarum ſpiritus obſtructione, facultatis animalis tranſitum prohibens, & halitu ſuo caput gravans (2). Hujuſmodi er-

---

¶ [2] *Homo æque per os, ac per nares reſpirare ſolet, quo factum eſt, pulmones æque, ac Caput, a noxio, & putrido aere adfici. Caput vero utplurimum, a duplici cauſa, ab ingrato nempe fœtore, qui per nares adtractus, nervos olphactorios, & eorum principium lædit; per aerem ambientem, qui vaporibus, aliiſque refertus impuritatibus inſenſibilem perſpirationem, quæ in capite major eſt, ſupprimit, unde caput gravatur, Qui loca paluſtria degunt, aut ea, in quibus exalationes minerales ſunt, ſomnolenti fiunt; cephalalgia ſatis gravi adficiuntur, & circa oculos potiſſimum aedemate gravantur. Quantum enim*

go aer, omnibus ex æquo ætatibus, omnique temperaturæ noxius eſt: ſicut e diverſo, qui purus omnino eſt, nulli non ætati eſt utilis. Hinc non temere Avic. 2. 1. doct. 2. ſum. 1. cap. 2. in hunc prope modum ſcriptum reliquit: Aer quidem optime temperatus, & clarus, cui nihil prorſus admiſtum eſt alienæ materiæ, quæ, tota ſubſtantia, ſpiritus temperaturæ contraria ſit, ſanitatem non efficit tantum, ſed etiam conſervat. Contrarius vero, effectus producit contrarios. Verum, quo predictorum exactior habeatur notitia, ſciendum eſt, Aerem pro tuenda bona valetudine, duobus modis eſſe neceſſarium: Primo quidem, ob ſpirituum, & caloris innati refrigerationem: [3] Deinde vero ob fumidi ex-

---

hujuſmodi aer perſpiratione ſit adverſus, clare nimis experientia liquet; ſicut econtra ſiccus, & gravis magnopere juvat. Vid. tom. 3. prælect. Boeraah. §. 430. Efficiunt . . . . aer purus, ſerenus, gravis, frigidus.

¶ (3) *Aer atmoſphæricus ſemper ſanguine humano frigidior eſt, pulmones vero ingrediens, a ſanguine circulante, incaleſcit, & calidior, quam antea, expellitur; cui novus aeris auſtus ſuccedit, ut continuo ſanguinis æſtus poſſit temperari alioquin vita ipſa a nimio calore deſtructa periret. Si vero idem aer pluries fuerit inſpiratus, ita incaleſcit, & iners evadit, ut reſpirationi nequeat amplius inſervire, quin anheloſam eam reddit. Et revera ſub ingenti calore æſtivo anhe-*

crementi, ſpiritibus, ac calori innato moleſtiam exhibentis, expulſionem: Quemadmodum enim, externum ignem; ſine aeris eventilatione ſuffocari; atque extingui videmus; ita etiam de ſpiritibus, & calore innato, imaginari oportet. Niſi enim per aſſiduam inſpirationem; & tranſpirationem, calor naturalis refrigeretur, ac quaſi ventiletur, neceſſe eſt ſpiritum perire: Aere enim indiget nutriente, conſervante, temperante, atque depurante; ſive ſegregante: Nutritio [4] ergo, conſervatio, & temperatio caloris

---

lamus; eo quod ſufficientem aeris quantitatem; & gravitatem ſub eodem volumine invenire non poſſumus, quæ pro naturali reſpiratione requiritur: Hoc enim caſu totus aer vaporibus plenus eſt, à quibus ſuo elaterio deſtituitur. Inſuper aer expiratus, notabilem quantitatem humoris perſpirabilis a pulmonibus deducit, qui ſi ſemper idem inſpiraretur, minus utique pulmones perſpirarent, unde à tali humore, intus retento gravati, in catharrum inciderent; & raucedinem. Propterea ſicuti pro inſenſibili cutis perſpiratione, aere puro; ſicco, gravi; ſereno; frigido *indigemus; eodem pro pulmonum perſpiratione carere non poſſumus; quorum area eadem eſt; ac area totius Corporis; juxta Keilium:*

¶ [4] *Repugnat eumdem aerem, temperare calorem, & ſimul nutrire, nam nutrire idem eſt; ac conſervare, & augere; temperare autem eſt, nimium calorem imminuere. Verum aer, ut mox*

innati, fiunt per aeris attractionem. Depuratio per ejuſdem expulſionem. Ac puriores quidem fiunt, aſperæ arteriæ dilatatione, quam διάστολὴν Greci nominant; ea enim, aer frigidus attrahitur, qui vitale robur, unde ſpiritus quoque animalis gignitur, excitat, & recreat. Altera vero ejuſdem arteriæ, accidit contractione, συστολὴν Græci vocant; qua certe, quod ex humorum deuſtione in toto animante contractum, velut fumidum excrementum, expellitur. Aer itaque qui ſic attrahitur, ſi fœtidus, & impurus fuerit, calorem innatum, atque ſpiritus corium-

---

ſupra probatum eſt, quia humano Corpore frigidior, & nimium temperat calorem, & perſpirationis ope, multum de corpore demit, & plus quo frigidior eſt. Nam continuo perſpirando atmoſpheram circum ſe parat, aere ambiente calidiorem, quæ ab ipſo aere continuo deletur, præſertim ſi fuerit ſiccus, frigidus, *& ventilatus, unde opus eſt, aliam continuo parare, quæ ſimili modo evaneſcit. Eſt enim perſpiratio omnium ſequeſtrationum ſenſibilium maxima; juxta Sanctorium, licet inſenſibilis, ſequitur ergo, corpus humanum ab externo aere exinaniri quoad calorem ſimul, & quoad nutritionem, quia, licet perſpirabilis materia, ſit ultima humorum productio, & merum excrementum; aufertur tamen ab humoribus indigenis, & ab ipſa nutritione. Ideo edaciores evadimus hyemali tempeſtate, ſub aere frigido, ſicco &c., atque corpore agiliores ad omnes motus peragendos.*

pit. Hinc etiam intelligi poteſt, facillime infici corda venenato aere. Quare pro tuenda bona valetudine, eligendus eſt aer optimæ eſſentiæ, qui nihil vaporis, ſeu halitus alieni, in ſe admiſtum habeat, neque turbidus, aut nebuloſus appareat. Qui enim talis exiſtit, humores conturbat, &, ut antea etiam dictum eſt, animam contriſtat. Sed ſit exquiſite purus, ac liber, qui ex terra plana, vel edita, ventorum perflatu undique luſtretur, & cui fumi, pulveres, & nebulæ admiſtæ non ſint. Et qui nec ſtagni, nec paludis halitu, ſit infectus, nec ex profundo ſpecu peſtilentem auram ſpiret; qualis circa σχάρδεις, & Hierapolin, alibique in multis terrarum locis viſitur. Nec qui ex cloacis, quæ urbem, aut numeroſum exercitum purgent, vitium contraxit. Nec qui ex animalium, olerum, leguminum, aut pravarum arborum putredine, aut fimo coinquinatur. Nec qui ob ſtagnum, vel flumen vicinum, nebuloſus eſt. Nec qui editis undique montibus, in cavo loco, ſive valle conclusus, nullum recipit preflatum. Suffocans enim putriſque eſt, ſimilis ei, qui in domibus quibuſdam eſt incluſus, in quibus, ob putredinem, & perflatus defectum, plurimus acervatur ſqualor, ac ſitus. Proinde omni plane ætati noxius eſt, & vitandus, quemadmodum, & quilibet incluſus. Hæc fere Galenus lib. 1. capite 16. de ſanitate tuenda. In peſtilente tamen ambientis conſtitutione, ob generaliorem putrefactionem, incluſus, convenientior exiſtit: unde per id tempus, domi manere, feneſtraſque occludere oportet, ne

qua peſtilens aer ingrediatur. Quod ſi cui tamen, eas aperire placuerit, curandum imprimis, ut ſint verſus Orientem, aut Septentrionem conſtitutæ: idque fiat a Sole, jam aliquot horis orto. Calor enim Solis citius irrumpens, caliginem, atque putredines aeris diſſipat, omnemque craſſitudinem ejus attenuat. Ad poſtremum vero, cavendum etiam, ne vel minimum quidem aer, in qualitatibus ſuis, tam activis, quam paſſivis, caliditate nimirum, frigiditate, humiditate, & ſiccitate, excedat. Si vero talis, loco habitationis noſtræ, natura defecerit, arte noſtra moliendum erit, ut qualem eſſe expedit, præparetur. Id autem qua ratione fieri poſſit, Galenus libro *9.* method. medend. capite 14. & Avicenna 2. 1. doct. 2. Sum. 1. capite *6. 7. 8,* & *9.* copioſe admodum docent.

CAP. XV.

De nimia vini potatione.

SI nocturna tibi noceat potatio vini:
Hoc tu mane bibas iterum, & fuerit medicina.

Præceptum hoc loco de iis traditur, qui ma-

ne, ob pridianum vini potum ægrotant: [1] nempe ut, tum quoque ipſis paulum vini propinetur. Porro largior vini invitatio, quæ ultra quam ſatis eſt, ad multam noctem producitur, ebrietatem nonnunquam, ſæpe ſitim matutinam; aliquando vero, immodicam etiam corporis excalfactionem, ſuſcitare ſolet. Siquidem excalfactionem, maximus error eſt, id mane repetere: nam perinde hoc eſſet, ac ſi ignem igni adderes, oleoque incendium reſtringueres.

¶ [1] *Capitis nempe gravedine, & debilitate, quia ſpirituoſa vini pars Caput petit, cujus vaſa plus diſtrabit, quam reſiſtentia ipſa ferre poteſt. Unde ad partes ſpiritus nervei fluunt, maiori vi preſſi, non ſecus ac ſanguis ad Caput citatiori motu. Quam primum vero pars ſpirituoſa evanuerit, collabuntur, & fere paraliptica evadunt, unde ſpiritus minori promptitudine per nervos fluunt ad partes. Ideo membrorum tremor, & linguæ titubantia, quæ, nova preſſione accedente, tollitur, vel minuitur ſaltem. Unde Ebrii abituati, ad conſuetos labores ſubeundos, non ſufficiunt ſtatim poſt ſomnum, ob membrorum tremorem, redeunt iterum ad vinum, ex quo, nova preſſio ad vaſa capitis accedens, ſpirituum adfluxum promovet ad partes, & tremor imminuitur. Interim cerebrum gradatim collabitur ad apoplexiam uſque, vel ad aliud huiuſmodi morbum, & humores in deterius ruunt, unde alii morbi, de quibus in antecedenti.*

Si ebrietatem cum nauſea quadam, nihil incommodaverit, ſi etiam paulum ejus, mane propinetur. Quin Hippoc. 2. Epidem. in crapula, & capitis dolore vinum meracum, vel panem quamcalidiſſimum cum vino meraco edendum ſuadet: Scilicet voluit tum Hippocrates meracum exhiberi, ut aſcendentes e crapula vapores, ad vias urinæ derivarentur, [2] vel ut ex citato, ex

---

¶ (2) *Repugnat, vini vapores, ſcilicet ſpiritus, caput attollentes, per idem vinum, ad vias urinarias derivare. Vinum enim meracum quia nimia ſpirituum quantitate conſtat, partibuſque ſatis cohærentibus, facilius agitur ad Caput, quam renes petat. Oligophorum vero, diuréſim promovere poteſt, uti in dict.* alba *Cap. 8. dictum eſt. Verum dubitandum eſt, quia ebrietas, & capitis gravamen intentius evadat ab hac inopportuna vini miſcela, uti vulgo notum eſt. Præterea calor naturalis per modici vini potum ſolet excitari: nimia vero quantitas, torporem, & frigus quoque ſolet inferre. Jam enim ex Boerhaavio conſtat, ſub ebrietate, vaſa capitis diſtrahi, plus quam eorum reſiſtentia ferre poſſit, ideo ſomnus ad apoplexiam uſque. Quo facto totum encephalum comprimitur, & licet ſpiritus nervei ad partes fluant; torpent tamen membra, & vaſa omnia, atque proprio munere deſtituta frigeſcunt. Etenim vini ſpiritus, ſolo contactu nervos ſtupefacit, non repugnat quod ore ſumptus, eundem effectum faciat. Hujus rei Ebrii ſatis fidem faciant, qui dum*

meri potu, naturali calore, præ copia gravato ac torpidiore reddito, crapula ipſa; vel per vomitum, vel per ſeceſſum ſolveretur. Sic enim facile vomitus elicietur, ventriculuſque, a bile, & pituita, cæteriſque pravis, ac vitioſis humoribus, quibus gravatus fuit, exonerabitur, adeoque crapula, cum omni ejus noxa diſcutietur. Vomitum enim præſtare juvamentum, ut ſtomachus a materiebus humoralibus evacuetur, autor eſt Avicenna 4. 1. capite 13. probatque vomitum bis fieri in menſe, continuis duobus diebus, ex authoritate Hippocratis in libro de diæta ſalubri, & in libro de inſomniis, nimirum ut ſecundus dies, prioris vomitus, reliquias extrudat. Idem 3. 1. doct. 2. capite 8. non parum emolumenti ex eo conſecuturum adſerit, ſi quis ſemel in menſe inebrietur: quo videlicet per ebrietatem vomitus excitetur, ut qui

---

interius æſtuant, exterius frigent, & ob frigus fere, omnem ſenſum amittunt. Inſuper licet ebrietas vomitum excitet, reliqua vero ſimpthomata non aufert, neque ſtomacum ab omnibus noxiis humoribus integre repurgat, imo potius hæc vomitio, magis vires enervat, & diriſſimam nauſeam poſt ſe relinquit, præſertim inaſſuetis, quia ebrietatis cauſa, in ſpirituoſa vini parte repoſita eſt, quæ ſanguinem, & caput ipſum jam invaſit. licet continuo ab interno fomite increſcat ulterius per diureſim, ſudorem, perſpiratione tantummodo digerenda.

maxime ab ægritudinibus chronicis, hoc eſt, longis, ac malis, tueri queat. Sed Rabbi Moſes Tract. 4. ad Soltanum Babyloniæ, hanc ſententiam, ceu erroneam, iis convellit verbis: Nocet, inquiens, ebrietas omnis, & maxime aſſidua. Erravit ergo, qui eſſe putavit utilem ebrietatem, ſemel in menſe. Quin eadem etiam a Gulielmo Placentino libro primo capite octavo de curatione morborum, & a Gordonio particul. 2, Lilii, capite vigeſimo primo, & a Valeſco libro primo Philonii, capite octavo redarguitur, ut quibus præſervari, quam curari melius eſſe videatur. De vomitu plura infra capite 107. Si quis ex nocturna vini potatione, propterea quod bibere illud non conſueverit, oblæditur, huic, & mane, quo adſueſcat, idem propinandum eſt: ſic enim fiet, ut ex vini ſumptione, minorem læſionem ſentiat. Nam a conſueto, ut eſt apud Hippocratem libro 2. aphor. 50. minor ſit læſio. Si vero nocturnam vini potationem, mane ſitis excipiat, ea mendoſa eſt; & curatur quidem ſumptione vini, ſed magis tamen aquæ. Cæterum minime ignorandum hoc loco, ab aſſidua, & quotidiana ebrietate, ſummopere omnibus, tam firmum, quam imbecille cerebrum habentibus, ex æquo cavendum eſſe. Frequens ſiquidem ebrietas, quemadmodum 3. 1. doct. 2. capite 8. Avicenna teſtatur, ſex morborum genera in humanis corporibus excitat. Primo namque jecoris ευεξίαν, hoc eſt bonum habitum diſſolvit. [3] Vinum enim im-

¶ (3) *Ob acidam acrimoniam, quam infert*

moderatius ſumptum, calorem ejus naturalem, vel obtundit, vel reſolvit, atque debilitat, adeo ut facultatem amittat ſanguificam, & aquoſas humiditates ὑδρωπα efficientes, pro ſanguine generet. Vel hepar ipſum una cum humoribus ejus adurit: quam ſane rem, magna ex parte ſequi ſolet, vel ἐλεφαντίασις, quæ eſt Arabum lepra, vel mania. Deinde aſſidua fumorum e vino ſublatio, bonam etiam cerebri conſtitutionem deſtruit: (4) Calidum quidem, phrenitidi, aut maniæ; frigidum vero, epilepſiæ, lethargo, apoplexiæ, aut caro, Arabibus Subeth appellato, obnoxium, reddens. Tertio loco, nervorum imbecillitas continuatam vini perpotationem ſequitur, atque inde ſane accidit, ut bibacibus, & frequenter inebriari ſolitis, caput, manus, ac reliqua membra prope omnia, tremula efficiantur, idque non tantum in ſenio, cujus maxime proprium hoc vitium eſt, ſed in cruda quoque, viridique ſenecta, & quandoque etiam in ju-

---

Bilis efficaciam deſtruit, quæ, uti jam ex Phyſiologia conſtat, digeſtionem, & chylificationem perficit, & omnes humores in unam convertit naturam, & intime miſcet: Unde obſtructio Hepatis, aliorumque viſcerum, atque humores ipſi, & ſanguis propriis dotibus deſtituti, in ſerum inutile, abeunt quam facillime.

¶ (4) *De quibus ſatis actum eſt Cap.* 8. *dictione* adferunt, *& in dictione paulo ſuperius* Derivarentur, *aliiſque in locis.*

ventute. Quarto, frigida nervis vitia, nempe convulſionem, ac paralyſin adducit. Ubi enim immoderatius ſumitur vinum, ut quod calidam habeat temperaturam, facillime eos replere ſolet. Talis ſiquidem natura, prompte omnia ſubintrat, præſertim quum non admodum craſſam ſubſtantiam habuerit. Subſtantiæ igitur copia, vinum, nervis hæc adfert mala, Galeno comment. 5. libro quinto aphor. teſte. Vinum etiam frequenter in ventriculo accedit, unde non minimum læduntur nervi. Ex defectu præterea concoctionis, vinum ſæpe convertitur, vel in crudas, atque aquoſas humiditates, quibus laxati nervi reſolvuntur, vel in frigidos, craſſos, & glutinoſos, ſuccos, quibus iidem obſtructi, aut diſtenduntur, aut contrahuntur. Quinto, Apoplexiam procreat: pituitoſo enim, hoc eſt, frigido, craſſo, lentoque humore, quem temporis tractu generat, adeo principaliſſimos cerebri ventriculos, una vice, & cumulatim replet, ut ſubito omnes corporis particulæ, motu ſimul, ac ſenſu deſtituantur. Sexto vero, repentinam ſæpe mortem affert: locis enim ſpirationis, vini, vel inde generatarum humiditatum, multitudine vehementer coarctatis, atque impeditis, ebrius ſtertendo, & dormiendo ſuffocatur. Hæc omnia Galenus etiam libro 3. de temperamentis, in eum ſcribens modum confirmat: Vinum, inquit, non ſemper animal calfacit, æque ut nec oleum flammam accendit, tametſi aptiſſimum eſt ignis nutrimentum. Imo ſi imbecillæ, & exiguæ flammæ, conſertim multum oleum infundas,

das,

das, ſuffocabis eam, prorſuſque extingues potius, quam augebis, ſic igitur, & vinum, ubi plus bibitur, quam ut vinci poſſit, tantum abeſt ut animal calfaciat, ut etiam frigidiora vitia gignat, quippe apoplexiam, & paralepxiam, & quæ Græci καρος, & κωμάτα vocant, & nervorum reſolutio, & comitiales morbi, & convulſiones, & tetani immodicum vini potum comitantur, quorum unumquodque frigidum eſt vitium. Hæc ille. Quanquam, vero a nobis hactenus dicta mala, vino immoderatius ſumpto accepta ferenda ſunt; non parum tamen conferre exiſtimandum eſt, ſi modice bibatur. Avicenna loco ſupra citato quinque ejus recenſet commoda. Primo namque, calore, & ſubtilitate ſubſtantiæ, tum convenienti quoque, & occulta proprietate, facilem efficit ciborum, quibus permiſcetur, in omnia membra diſtributionem: (5) Unde elegantiſſime ab Hippocrate in libro de alimento ὄχημα τῆς τροφῆς, hoc eſt, alimenti vehiculum nuncupatur, idque merito ſane: neque enim ex ventriculo in venas, quæ ſunt in hepate, multæ, & anguſtæ, ſuccus facile tranſmitti poſſet, niſi aliquis, ei, tenuis, & aquoſus humor, tanquam vehiculum, permiſceretur. Deinde eadem etiam ratione, phlegma incidit, atque reſolvit, meatuum obſtructiones aperit, adeoque

¶ (5) *Vini uſus moderatus, prodeſt digeſtioni, chylificationi &c. Vid. Cap. 8. num. 2. dictione* Vinum.

naturam ipſam ad excretionem incitat. Tertio, flavam bilem, per urinam, ſudorem, excrementa, & traſpirationem inſenſibilem, ἄδηλον αἰσθήσει διαπνοὴν Græci vocant, expellit: idque intelligendum maxime de vino tenui, ſubrubeo, ſivè albo, per naturam debili, vel abunde diluto. Potentia enim, flavam bilem augent potius, quam expellunt, quod inſita quadam vi, in eam facile commutentur, & hepar, ultra quam ſatis eſt, calfaciant. Quarto, atram bilem, quæ craſſa, & tardi motus eſt, per proprios meatus ab hepate ad ſplenem, & a ſplene ad os ventriculi, nullo negocio deducit, eamdemque e corpore tandem, una cum fæcibus exigit. Quin etiam melancholiæ noxas, ſubſtantia, temperamento, & effectibus ſuis contrariis, reprimit, ac tollit. Melancholia (6) ſiquidem, triſtitiam, timorem, puſillanimitatem, & avaritiam; vinum vero lætitiam, audaciam, magnanimitatem, & liberalitatem parit. Quinto medetur omnibus modis, ſeu ſpeciebus laſſitudinis, niſi multa extranea caliditas ipſi conjuncta fuerit. Spiritus enim languidos, tantumque non exoletos, abunde reficit, & recreat, facultates corroborat, & humiditates, muſculis, nervis, chordis, & jun-

---

¶ (6) *Ex antedictis liquet, vinum generoſum moderatè ſumptum, omnes lentores poſſe adtenuare & melancholici, ab ejus uſu notabiliter lævantur. Cæterum reliquos effectus, qui rectæ rationi repugnant, ebrietas tantummodo parit.*

cturis inſidentes, aut eximit, aut certe minuit. Ad hæc, in arefactiva laſſitudine, re ita poſtulante, velociter humectat, præſertim ſi dilutum fuerit. Præſtat præterea & alia quamplurima commoda. Galeno enim teſte lib. 3. de temperam. cap. 3. omnium celerrime nutrit: nam ut adſimiletur, mutationem deſiderat minimam, calorem, & ſpiritum naturalem corroborat, totum corpus calfacit, cerebrum purgat, intellectum excitat, cor exhilarat, iram mitigat, triſtitiam removet, libidinem incitat, præque omnibus aliis potibus, concoctionem ſemicrudorum humorum, in quavis corporis parte adjuvat, &, ut unico verbo rem totam perſtringam, hominem, & animo, & corpore reddit viriliorem; unde abſtemii, ſi cætera æquabiliter ſe habeant, reliquis ſunt effœminatiores.

FINIS TOMI PRIMI.

MATTHÆO POLITI, AMICO JUCUNDISSIMO.

NICOLAUS FERRO MINIMUS.

Εὖ χαίρειν.

QUanta, perluſtranti mihi, tuas, Vir Clariſſime, in Salernitanam Scholam Animadverſiones, Animo inſederit Voluptas, haud facile erit, explicare: Delectabat enim, nedum illa tua mira, difficillima quæque, explanandi ratio, non a Vulgari rerum notitia nata; ſed a pænitiori Philoſophiæ, interioribuſque literis hauſta, quæ tamen Divino Ingenio tuo, acrique Judicio, eſt quoque longe plus tribuenda: ſine quibus, neque tot reconditæ diſciplinæ, tam cito in tuo ſolo comprehendiſſent, neque porro, præclaros illos Fructus de ſe tuliſſent; & Quibus, tam nervoſe, tam perſpicue, ſufficienterque, depravata reſtauras, corrupta redintegras, obſcura dilucidas; Itaut non mihi compertum ſit, Quid? an fœlicitatem, qua in explicando uteris, ſive eam, quam in docendo facilitatem, atque Ordinem adhibes, ſit mihi primo laudandum? An illud quoque: Quanta ſcilicet, Patriæ, Amicis, cæteriſque Hominibus, ex hac perluſtratione tua, eveniant bona! Patriæ? ſiquidem, dum pene obſoleta, ac in tenebris delitefcentia, optimis commentariis tuis, numeriſque omnibus abſolu-

tis, Vaeteris Salernitanæ Sapientiæ Monumenta munita, in lucem denuo prodire jubes: antiquo Patriæ decori, novum ſuperaddendo, magis nobilitas, atque illuſtras magis: Amici vero cæterique Homines, quando Ii, vel tuas, perquam eruditiſſimas adnotationes perlegerint, vel in conſervanda Valetudine ſua, monitis tuis obtemperaverint, Bonorum omnium Maximum, Valetudinem inquam, a Te ſibi, ſartam tectam, conſervatamque agnoſcent profecto: Cum ergo, ex tua fœlicitate ingenii, tot, atque tam magna omnibus adnaſcantur bona: Ne ego Unus, quem pro tua Comitate, inter Amicorum Centum adnumerare non renuis, tanto carear bono, Eas, *Nocturna verſo Manu, verſoque diurna*: Hinc mihi, Mædicorum fœliciſſime, evenit, ut cum centeſimam trigeſimam nonam paginam evolverem, adnotatione prima, Te quaſi hærentem, in Galeni ſententia, de Perſicorum contumaci Natura explicanda offenderem, mirantemque: *Qua ratione ſcilicet Vir ille eximius, Galenus, hujuſmodi fructus corrumpi poſſe crediderit, ac in eadem Claſſe cum Carne locaverit; cum potius illos in Acidum; Carnem vero in Alkali, ſeu putridum abire; Experientia, & ratio oſtendat*: Tua porro verba ſunt hæc: Mirabaris. Hærebam, & Ipſe tecum, eo vel magis, quod & Is ſim, qui neque de Eruditionis laude, neque de Medica Doctrina, utpote extra Aleam poſitus, valeam decertare; At hærenti mihi, multa, quæ Animo occurrebant, ſuſque deque evolutare non ceſſans, tandem ea præ cæteris, adſiſit ſententia; Galeni Textum, Typographo-

rum, vel Amanuentium vitio deturpatum, non uti jacet, in Eo, quem præ Manibus habes? *Ipſorum ſuccus, & veluti Caro; ſed & ipſorum ſuccus, veluti & Caro, facile corrumpitur*, omnino eſſe legendum: Quo facto, ſi rem attigiſſe videor, & Galeno, omnis Noxæ ablata, & a Te Vir Ornatiſſime, omnis conceptæ admirationis, occaſio amandata profecto videbitur: Tunc enim apertiſſime fiet palam; ideo Galenum a cibis boni ſucci Perſica expunxiſſe, non *quia eorum ſuccus, citiſſime corrumpi poſſe crediderit, & in eadem Claſſe cum Carne*, videlicet Bovina, Hædina, Suilla, cæteriſque locaſſet; ſed quia, Perſicorum ſcilicet maturorum, de quibus eo loci, eſt ſermo, ſuccus, qui facile in Acidum vertitur (ut in antedicta tua prima adnotatione, optime advertis) Carnes, ob nimiam maturitatem rarefactas penetrat, & vi ſua in Acidam Naturam, corrumpendo convertit; atque hinc, Eæ ſic in Acidum Converſæ (ingeſtorum Perſicorum *Carnes*; ſeu, ut melius dicam *Pulpæ*), cæteros præingeſtos Cibos, etiam in acidam Maſſam evadere cogant, corrumpant, atque inde digeſtionem, impediant, perturbentque, neceſſe eſt. Merito igitur, ſi res ita ſe habent, Galenus, vel tamquam Noxia, non eſſe mandenda ait, vel ſi, ante cæteros cibos, atque ſic, pro malo, aliquod non parvi momenti bonum, manducantibus adferunt: Ea enim, lubricitate, qua pollent; *humida enim ſunt, ac lubrica, & quæ ſubduci facile queant*: ita Enarrator pag. 140. dubio procul fiet, *ut, & citius ſubducantur*, &

liis cibis viam muniant, quæ ſi ſumpta poſtrema fuerint, una ſecum alia quoque corrumpent.

Plurima ex tuis ipſis, Boerrhaavio, Novicomenſi, cæteriſque; ad hanc vero-ſimilem, ut arbitror, conjecturam confirmandam, adferre poſſem Momenta, ſed ne in immenſum pene præſens hæc excreſcat Epiſtola, & ne in publica Commoda peccem, ſi longo ſermone, tua tempora morer. Hæc quæ artis inſcio, de præfato Galeni ſenſu, intelligenda, *dubitanter*, atque *Hypotetice*, cogitanti occurrerunt, Tuo Judicio, ſubmittenda cenſui, ut quæ de iis ſentias, mihi oſtenſum velis Oro; atque me tibi addictiſſimum ſcias. Vale.

PATRI NICOLAO FERRO ORDINIS MINIMORUM.

AMICO INGENUISSIMO

MATTHÆUS POLITI

SALUTEM.

ORnatiſſimas tuas literas, cum minus expectarem, grato lubentique animo accepi, accurate perlegi, atque pluries libenter evolvi; tuamque ſolertiam, ac ingenii tui perſpicaciam ſum valde admiratus. Quoniam autem, vel nimiis laudibus, quibus me minime dignum fateor, egregie efferebas, primo obtutu, quodammodo quædam inceſſit ſuſpicio, ut mihi perbelle palpari velles. At cum poſtea, re melius perpenſa, perſpexerim, id, omnifariam ab ingenuitate tua, proboque ingenio, ac morum tuorum integritudine, cujus adhuc rectum ſpecimen undequaque omnibus dediſti, nimium abhorrere; quo efficium, ſtudium, ac tuam erga me benevolentiam, ſatis, ſuperque commendavi, atque probavi, extemplo à mente mea, illa deleta, & abdicata, cauſam habui, cur propterea eo magis me tibi jugiter obſtrictum fore judicarem, & quodammodo experiri te, vel maxime velim.

Tum tuam de Galeni ſententia interpetratio-nem ſedulo perpendens, atque iterum ejus verba accuratius conſiderans, ingenii tui acumen, ſu-blimitatemque dignis laudibus efferre non deſi-nam, qui tam proprius rem attigiſti, ut non ſolum ego, ſed fortaſſe altioris notæ Interpretes, tibi adſentire non renuant. Ego autem neſcio qua ratione, in illum ſenſum, quem animad-vertis, & de quo me admones, Galeni mentem accipiendam eſſe putavi, cum reverà aliter, quam factum ſit, ſe res haberet: neque ab hac admi-ratione unquam ceſſarem, niſi ingenii mei im-becillitati acquieſcerem. Præterea, neque mihi in mentem unquam venire poterat, Galenum, carnem Perſicorum, ſive Pulpam, aliam a ſuc-co eſſe autumaſſe, cum revera in Pulpa, nil aliud, quam ſuccus ipſe contineatur, qui una cum fibris, ſive filamentis, concreſcens, inte-gram eorum ſubſtantiam conſtituit, quæ, in ſto-maco frigidioribus, vel acido laborantibus, in acidum quamcitiſſime converſa, cum aliquibus cruciatibus, ventrem ſolvit. Num vero ventris ſolutio a corruptione tantum, num etiam ab aceſcentia ſit repetenda, ſupereſt difficultas. Veruntamen, licet alimenta, quæ facile in cor-ruptionem abeunt, ventrem ſolvere poſſint; cum ſolutus venter, ſit corruptionis effectus: attamen non repugnat etiam, ea, quæ in acidum ver-gunt, ventrem pariter ſolvere poſſe. Nam quid-quid in aliquam degenerationem convertitur, hu-mores a naturali craſi alienos producere poteſt, qui naturæ, ita adverſantur, ut naturæ ſalutarem niſum excitent, quæ, prudenti conſilio, omne

noxium a ſe removere conatur. His ergo poſitis; etſi Galenus, hos fructus corrumpi jam dixerit; de acido tantum, non vero de putreſcentia intelligendum eſſe videtur. Inſuper hoc tantum jam dictis addere cenſeo, quod aliquando in praxi expertus ſum: Alvi fluxum ab Alkali fere ſpontaneo factum, per fructuum acidorum uſum, aliorumque ſimilium curari; ab acido vero, licet rarius, a carne, & quidem rudiori, feliciter ſiſti. Tandem omnia hæc, quæ in obſequium tanti viri; & in excuſationem hallucinationis, in quam improvide ſum illapſus, dicta ſunt, examini tuo diligentiſſimo ſubmittens; oro te, obteſtorque, ut ſi quid animadverſione dignum, in hiſce meis lucubrationibus, tibi occurat, blande corrigas, & de mendis me moneas. Vale.

M. MARCUS
FRYTSCHIUS LAUBANUS

Candido Lectori.

S.

QUiſquis es, & medicam non plane reſpuis artem,
Hunc ſtudioſe librum [ſic quia dignus] ama;
Qui novus egrediens, vitio purgatus ab omni,
Libellus, Claras geſtit adire domos;
Curio fatidici decus inſuperabile Phœbi
Edidit hoc plenum frugis, & artis opus.
Ulnis ipſum igitur, complectere utriſque Juventus,
Ac bene de merito, dic bona vota viro.
Nam quibus inſtructus, ſine morbis membra tueri
Poſſit homo, liber hic, dogmata certa tenet:
Magnanimo Anglorum Regi,quæ dedita quondam,
Jam renovata tibi Teutonis ora vides.
Tuaque cohors juvenum, teneris quæ protinus annis
Sedula das operam, verba Latina loqui:
Incolumem, moneo, ſi geſtis ducere vitam,
Membrorumque, cupis proſperitate frui:
Curio mane tibi, Curio de nocte legatur,
Non imitabilis eſt, abſque labore labor.
Exiguum certe, quo pagina venditur, æs eſt,
Quæ diſces, magnæ commoditatis erunt.

Nam docet, affectus, qua ſint ratione regendi;
Omnis ab exceſſu, ſemina morbus habet.
Vini, epulique modum præſcribit, Cypridis uſum
Temperat; & quæ ſint ſana lavacra, monet:
Cum corpus nimio repletum ſanguine turget,
Inciſis venis, evacuare jubet.
Veſperi, ait ſomnum capiendum, namque diurno
Tempore qui dormit, multa pericla ciet
Inſcius in febrim dilabitur, atque catarrhum
Colligit, & toto corpore languet iners.
Hic quoque, certa leges anni diſcrimina; namque
Diverſos radios ardor, & algor habent.
Non eadem Veri, Meſſi, Autumnoque, Hyemique
Conveniunt, tribui vult ſibi, quodque ſuum.
Quid ſibi quodque velit, quid quælibet exigat ætas,
Curio monſtrabit, ſi tibi lectus erit.
Si ſapis ergo, moras tollens, ſtudioſa Juventus
Hunc tibi emes (parvo venditur ære) librum.
Inſuper Autori, grato pro pignore ſata
Optabis, Pylio non citiora ſene.
Sic tibi non deerunt, qui ſcripta ſalubria condant,
Materia, ingeniis conveniente ſuis,
Hiſce vale, atque bono feliciter, utere ſeclo;
Caſtalium ad fontem, jam via trita patet.
Tempora, quæ forſan, ſubito ventura ſequentur
Non ita fœcundæ conditionis erunt.
Si ſapis ergo, tibi hæc, quos porrigit, arripe crines,
An bona, vel mala ſin, ſecla futura, latet.

INDEX

RERUM QUÆ IN HOC PRIMO TOMO CONTINENTUR.

P. paginam, N. notam demonſtrat.

A

P.

Ablutio oculorum viſum recreat. 40

Quare N. 1.

Ablutio manuum quid. 42

Per aquam frigidam, augetur perſpiratio. N. 4.

Minuitur per calidam. 43

Acrimonia frigida, cauſa famis. 128

Scilicet acida. N. 7.

Eadem bilioſa, cauſa ſitis.

Alcalina. N. 8.

Adipoſa, non illico in adipem abeunt. 211 N. 6.

Digeruntur, efficacia bilis. N. 7.

Aer craſſus ad cor deſcendit. 275

Nulla patet via a pulmonibus ad cor. N. 1.

Caput gravat. 277

Per nares attractus. N. 2.

	P.
Calorem & ſpiritus refrigerat.	278
Quia ſanguine circulante frigidior. N. 3.	
Alimenta vix ingeſta, vires reficiunt. N. 6.	127
Alimenta, quo ordine ſint ingerenda.	131
Non adparet neceſſitas. N. 10.	132
Animus hilaris.	33
Præſervat a morbis. N. 15.	
Perſpirationem auget.	
Exceſſus periculoſus.	34
Acida remedio ſunt.	246
Non ea, quæ in ſtomaco aceſcunt. N. 7.	
Allium venenis reſiſtit.	254
Non omnibus. N. 1.	
Facilius digeruntur hyeme. N. 4.	257

B

BAlnei uſus.	49
Calidi regimen. N. 10.	
Frigidi effectus. N. 11.	50
Nocet poſt prandium.	
Non omnibus.	
Ebrietatem ſolvit.	52
Quare caput gravet. N. 12.	53
Betæ radix, allii odorem extinguit.	258
Repugnat ſanæ rationi. N. 6.	
Numquam digeritur.	
Bilis uſus, & virtus. N. 5.	95

C

P.

CAro aſſa. 155
Non idem nutrimentum omnibus præbet. N. 7.
Caro cervina, quare vitanda. 157
Ratio non ſufficit. N. 18.
Leporina corpus exiccat. 158
Non videtur. N. 19.
Caſeus acrimoniam continet. 152
Recens acidam, inveteratus alcalinam. N. 14.
Digeſtionem promovet. N. 15. 153
Catarrhus ex ſomno meridiano. 72
Omnes ejus cauſæ. N. 8.
Variæ ejus adpellationes. 74
Calor naturalis quid. N. 18. 37
Unde ſit repetendus.
Calor ſolis, num ad digeſtionem concurrat. N. 7. 106
Cæna parca utilis. 27
Liberior in ſomno concedi poteſt. N. 9.
Quare nocere poſſit.
Quomodo capiti inimica.
Coctio unde repetenda. 68
Ejus cauſæ. N. 4.
Conſpicilla 60
Diſtinguenda a microſcopiis, & variæ eorum ſpecies. N. 18.
Curæ ſanitati inimicæ. 18
Morbi vim augent, & quare. N. 1.
Conatus nimis vehemens in excernendo Hæmorrhoides parit. N. 14. 32

P.

Ciborum adpetentia a ſomno diurno læditur. 76
Qua de cauſa.
Læditur ab interruptione ſomni nocturni. N. 13. 77
Convulſio eſt paſſio involuntaria. 90
Ejus cauſa. N. 2. & 3.
Colica paſſio. 96
Ejus cauſa a flatibus. N. 6.
Curatio mitigatoria. N. 7.
Cœna largior, quibus concedenda. N. 8. 108
Concoctio noctu confortatur. 111
Repugnat ſupradictis. N. 10.
Quomodo concilientur hæ oppoſitæ auctoritates.
Cibus non ſumendus, alio indigeſto. 119
Exponuntur rationes. N. 1.
Quorundam morborum cauſa.
Carnis bovinæ differentiæ. 159
Qua ætate præſtantior. N. 20.
Caprina, & hædina. 162
Hircina. 153
Aeſtate comedenda. 164
Alimenta vegetabilia meliora. N. 26.
Porcina anteponenda. 165
Facile corrumpitur, & quomodo corrigenda. N. 20.
Humanæ Similis.
Notabiliter differt. N. 29.
Suilla, plus quam reliquæ nutrit. 167
Confer rationes. N. 30.
Propter adipem difficile digeritur. N. 31.
Caro Apri omnibus anteponenda. 172
Carnes elixæ quare digerentur facilius. N. 40. 178

P.

Caſeus recens plus reliquis nutrit. 212
Cerebrum cibus pituitoſior. 214
Tenui ſubſtantia conſtat, & quare. N. 11. 215
Craſſi ſucci, difficile ad concoquendum. 216
Liquet contrarium. N. 12.
Cerebrum contra venena. 217
Quomodo venenis adverſatur. N. 13.
Cibus guſtui jucundior. 219
Unde varia hominum adpetentia. N° 16.
Caricæ, ſcabiem, & pruritum excitant. 223
Quibus aegritudinibus conveniant, N. 20.
Quando noceant. N. 21. 224
Cæparum virtus. 255
Nocent quandoque. N. 3. 256

D

DEntes poſt prandium mundandi. 46
Quare, & ab ejus neglectu, quid mali eveniat. N. 8.
Diæta moderata.
Ab exceſſu quinam morbi. N. 19.
Digeſtio melius perficitur in ſomno. N. 18. 85 86
Quotuplex. N. 2. 102
Digeſtio quid ſibi vult. N. 32. 170
Dulcia omnia nocent. 244
Facile aceſcunt. N. 4. & 5.

P.

E

EXcrementorum retentio. 31

Colicam, & vertiginem parit. N. 13.

Excretio crebra, inteſtini recti prolapſum pa- vit. 32

Quare hæmorrhoides inflammantur. N. 14.

F

FEbres per ſomnum meridianum excitantur. 67

Non eſt earum cauſa. N. 4.

Frigiditas. 74

Quot malorum ſit cauſa. N. 10.

Flatus, nervos implent. 87

Repugnat. N. 1.

Frixa, ſunt craſſi ſucci. 209

Confer rationes. N. 4.

Fœcum excretio impeditur a nimio motu. 44 N. 5.

Fontes, & flumina viſum recreant. 57

Quare, & quos effectus pariunt. N. 16.

Ficus admodum nutriunt. 221

Confer rationes. N. 17.

Eorum eſu, pediculorum productio. 222

Potius impedit. N. 19.

G

GUloſi, ſenſim in varias ægritudines incidunt. 135

H

HEpar a ventriculo ſugit. 243
Non immediate. N. 3.
Sanguificationis organum. 247
Bilis tantum. N. 9.
Hydrops. 93
Ejus cauſa. N. 4.
Variæ ſpecies.

I

INedia famem tollit. 130
Qua ratione. N. 9.
Iraſci, quibus utile. 25
Aliquando epilepſiam, & animi deliquium producit. N. 7.
Iura pinguia. 203
Continent mobiliores carnis partes, & facile nutriunt. N. 22.

L

LAbor nimius nocet. N. 17. 37
Lac facile corrumpitur. 147
Potius aceſcit. N. 13.
Ejus facultates, & uſus.
Quibus morbis conveniat.
Lactis eſus, nocet dentibus. 47
In ſcorbutica affectione præſtat. N. 9.
Lotii retentio noxia.

Cur iſcuriam, ſtranguriam, & dyſuriam faciat. N. 12.
Ejus excretio quomodo ſequatur.
Sphinteris actio.
Arenulæ, & calculi, a quonam principio ſint repetendi.
Quomodo impediri poſſint.

M

MAſticatio imperfecta, ciborum adpetentiam avertit. 137
Minus nutrit. N. 14.
Maraſmus in adulta ætate, unde repetendus. N. 39. 177
Medulla oſſium, a cerebro differt. 219
Exponitur ratio. N. 14.
Muſtum, ventrem ſolvit. 251
Acrimonia ſua oculos erodit. 252
Confer exemplum. N. 4.
Mitridati contra venena virtus. 271
Ejus hiſtoria.

N

NErvi num organici ſint, num careant cavitate. N. 1. 87
Num ignem electricum contineant, num lynpham tenuiſſimam.
Nuces venenis reſiſtunt. 272
Eædem in bilem tranſeunt.
Confer rationes. N. 16.

Oculos Mane fontes recreant, ſero Montes. 65
Qua ratione id fiat. N. 20.
Ova recentia veteribus præſtant. 180
Acrimonia carent. N. 1.
Cruda coctis præſtantiora.
In figura aliquid diſcriminis. 181
Oblonga, quare cæteris anteponenda. N. 3.
Longa quomodo intelligenda.
Quomodo, candida.
Varia præparatio. 185 186
Frixa damnantur. 187
Eo magis in ſartagine aenea. N. 8.
Diſcrimen inter albumen, & vitellum. 188
Nocent in febribus putridis. N. 10.
Quomodo ſervantur. 190
Tempore, deteriora evadunt. N. 11.

P

Pandiculatio poſt ſomnum, circulationem promovet, caput lævat, perſpirationem auget. N. 6. 45
Pigritia ex ſomno Meridiano naſcitur. 80
Qua de cauſa. N. 5.
Num caput lædat. N. 6.
Prandium, num majus cæna, vel econtra 104 105
Attendendum ad conſuetudinem. N. 5.

Quando febricitantibus ſit concedendum N. 6.

Perſpiratio inſenſibilis Galeno nota 124

Augetur ſub aere frigido ſicco. N. 5. 125 126

Prandium brevi tempore expediendum. 134

Exponitur ratio. N. 12.

Perſica infeſta ex Galeno. 139

Eorum utilitas. N. 1.

Adpetentiam augent. N. 3. 140

Panis triticeus 206

Partes in frumento contentæ N. 1.

Male fermentatus difficile digeritur N. 2.

Ex tritico inveterato, nocet 208

Qua ratione. N. 3.

Pira, fungorum venenum pellunt. 265

Confer rationes. N. 8.

Acerba, alvum cobibent. 140 141

Quare. N. 4.

Febres lentas faciunt, aliquibus temperamentis. N. 5.

Lapidem, ſeu calculum gignunt. 143

Ejus cauſæ. N. 8.

Pyra ſanguinem putridum reddunt. 145

Potius a putredine præſervant. N. 10.

Ejus virtutes, præſertim contra acidum. N. 11.

R

REgimen in victu. N. 1. 100

Rutæ facultates. 262

Veneris adpetentiam cohibet. 263

Videtur potius excitare. N. 7.
Raphani duo genera. 266
Valet contra venena. 267
Non repugnat. N. 10.

S

SOmnus Meridianus Noxius. 66
Non omnibus, & qua ratione. N. 1.
Nocet obæſis in altiori pulvinari decumbentibus. N. 14. 81
In loco frigido, noxius. N. 15. 82 83
Nocet niſi corpus omni vinculo ſolutum. N. 16.
Incoandus ſupra dextrum latus. 84
Quod eſt ſuperfluum. N. 17.
Somni duratio. 85
Ejus cauſa. N. 18.
Somnus poſt cibum, caput gravat. 117
Exponantur rationes. N. 12.
Saliva, digeſtionis cauſa. 136
Quomodo concurrat. N. 13.
Eadem ſubtilis, peractæ digeſtionis ſignum. 138
Quare ſubtilis in jejunantibus. N. 15.
Semen fermentatum. 213
Omnes humores carent fermentatione. N. 10.

T

TImor valetudini noxius. 20
Convulſiones parit, & animi defectus. N. 3.

Triſtari utile quibus. 22

Nemini utile. N. 5.

Triſtitia ob ſanguinis immutatam Diatheſim noxia evadit, Timor autem ob ſenſus convulſionem. N. 4.

Triſtitia, Valetudini Noxia. 19

Sanguinis, & humorum acrimoniam turbat. N. 2.

Torpor poſt ſomnum, unde repetendus.

Triticum elixum, grave. 209

Simul, & omnia ſemina. N. 5.

Teſtes, quare tenerrimi. N. 10. 213 214

Theriacæ virtutes. 276

V

Vini uſus moderatus. 26

Arcanum medicamentum in ſtomaci languore. Abuſus, diſcraſiam, hydropem, & hepatis obſtructionem parit. N. 8.

Venæ ſectio. 54

Quæ regulæ ſervandæ. N. 14.

Quinam poſt eum effectus ſequantur. N. 15. 55

Viride oculis Amicum. 61

Qua ratione. N. 19.

Vertigo flatuoſa. 98

Quomodo fiat. N. 8.

Urina aquea, quid denotat, & quomodo fiat. N. 4. 123

Vinum corpus alit. 191

Nequit verificari. N. 12.

Vina alba imbecilliora. 193

Oligo-

Oligophora urinam movent. N. 14.
Urinæ contenta. N. 15. 195
Vinum adſtringens caput gravat. N. 16. 196
Vinum album caput levat.
Quare, & quo caſu. N. 17.
Vina aquoſa vires organorum adaugent. 197
Non poteſt verificari. N. 18.
Alba, & tenuia, bilioſis juvant. 198
Rubra capiti noxia. 200
Mechanico modo probatur. N. 20.
Uve minus nutriunt. 225
Eorum utilitates. N. 22.
Penſiles frigore expoſitæ ſunt nullius efficaciæ. 227
Vinum inſtar aromatis. 233
Præſtat in febribus algidis. N. 1.
Dulcia, plus aliis nutriunt. 235 341
Difficile digeruntur. N. 3.
Pontica. N. 4.
Acerba. N. 5.
Potens calefacit. 237
Quare calefacit. N. 8.
Frigidum. 239
Frigore enervatur. N. 9.
Quæ ſint nutritioni apla N. 1. 241
Spumoſum debile. 240
Quare. N. 11.
Dulcia pectori juvant. 246
Præter vinum. N. 8.
Expectorationem promovent. 249
Aliquando tantum. N. 11.
Rubrum ventrem conſtipat. 250

Nimis roborans. N. 1.
Idem raucedinem facit. 251
Uvæ comedendæ poſt immerſionem in aquam fer[illegible]entem. 229
Grato deſtituuntur ſapore. N. 26.
Paſſulæ valentius alunt. 230
Quare. N. 28.
Ventrem ſolvunt. 231
Venenorum lethalium remedia 254
Vermes progenerantia 42
Vertigo 98
A qua cauſa N. 8.
Vina theologica 202
Vini differentia 193
Vini boni proprietates 232
Vini nimia potatio 282
Vini nitor
color 236
ſapor 234
odor 233
inter medicamenta cardiaca enumeratus
Vino parte utendum 26
candido, & dulcia
Lac ſenum
Vinum melius, meliores umores gignit

AD LECTOREM

MONITUM

SI quid Lector Amice, Tipographi oſcitantia, depravatum corruptum, mutilatumve, in hoc perlegendo opere offenderis, pro tua humanitate, æquo, bonoque Animo feras, ac præſentem paginam, quæ tibi fortè Ariadneum filum, monſtrabit, perlegas quæſo. Vale.

			ERRATA	CORRIGE
Pag.	8	v. 15	Algebram Arabis	Algebram ab Arabis
	9.	4	R mnenſi	Riemnenſi
		25	affirmaut	affirmant
	12	4	illis	illius
	13	25	nomionis	nominis
	18	4	ſanitatis ſtudioſus	ſanitatis ſuæ ſtudioſus
		9	accedunt	accendunt
N.	1	7	ſenſatiove	ſenſatione
		17	ej cta fuerit	ejecta fuerit
N.	3	9	pervaditur	pervadit
Pag.	21	v. 1	cordi	cordis
	22	1	ſub valido affecto	ſub valido affectu
		6	in frigiſcendo	in frigerando
		12	auditu motu,	auditu modò,
		16	in lætothumiam	in λειποθυμίαν lipotymian

23	1	heberetur	hæbetetur
24	15	repetentque	repentèque
25	3	ſervent	fervent
26	5	curiculam	cuticulam
	12	cum opportune	tum opportunè
	13	tum moderare	tum moderatè
27	6	cap. 5 de cap. 5 de	capite 5 de
	8	& cometa	& comata
	12	quorum unum, quodque	quorum unumquodque
28	2	ſequitur ejus mouentum	ſequitur ejus momentum
29	13	cap. 1 & 76	cap. 2 & 76
	12	cctiovis	coctionis
30	3	quan	quam
N. 12	3	diſtenſus	diſtentus
	7	preemens	premens
Pag. 32	5	oppillationem	oppilationem
	6	præclnſionem	præcluſionem
	18	non rara	non raro
	20	ατευθυσμενον	ἀπευθυσμένον
33	12	ac lærus	ac lætus
36	10	duo	quoque
	11	epula	epulæ
	15	mitesque	miſtæque
	18	ipſi	ipſis
36	17	ſta pranſe, veli	ſta pranſe, vel i
40	v. 5	jejunio a ſordibus, an & lemis	jejuno . . . . a ſordibus enim, & lemis
	2	inperſa potius	inſperſa potius
41	17	reſiatur	teſtatur

	18	per ſimila	per ſimilia
N. 2	1	manus prius lotæ	manus non prius lotæ
42	1	in expediat	inde expediat
43	26	tantmodo	tantummodo
44	9	imperfecta ſit	imperfecta fit
	14	concoptipnis excrementorom	concoctionis excrementorum
N. 5		raditas	raritas
	7	foctæ	factæ
N. 7		quod cum	quod vero
	22	tranferri	transferri
46	15	c. & teſta	cap 8. teſte
	17	præterquam quam	præter quam
N. 9	8	cum potins	cum potius
48	6	os uno	os vino
	9	caſcoſum, quodex lacte	caſeoſum, quod ex lacte
N. 1	12	ntuntur	utuntur
49	1	vino adſtringere	vino adſtringente
51	6	Bulbulcos	Bubulcos
59	21	Ariſtolcles	Ariſtoteles
	23	uti ſe	ut ſe
N.	4	vanitate alendam	vanitatem alendam
62	15	frondensque	frondesque
73	3	ſignificantur	ſignificatur
75	4	calorem	colorem
76	N. 12. v. 2	aderitur	adoritur
80	v. ultimo	Non	enim
84	N. 4. 5.	nutut	nutu
87	3	Arti	Artis
	4	vigeſis	vigeſi

N. 1 v. 2	corde	cordæ
38 4	incipere	incidere
N. v. 13	imitari	limitari
19	eſſe vehiculum	non eſſe vehiculum
Pag. 69 31	famli	famil
101 4	atque ejus fame rei	atque ejus ſanè rei
9	ventris, gulæque	ventri, gulæque
102 N. 2 v. 9	inutibilibus	inutilibus
103 3	ad juſtum modum	ad iſtum modum
5	parvis	pravis
104 N. 3 v, 2	& perfectam valetudinem	& perfecta valetudine
106 N. v. 1	nunè	nunc
8	quavis	quovis
9	fibrarnm	fibrarum
107 N. v. 1	flaveſcit	flacceſcit
108 3	amplior ſit.	amplior fit
11	Expetitum	Expetitur
N. 8 17	aut debili tamen	aut debili tantum
110 1	non ſunt	non ſint
N. v. 4.	prandiu	prandio
111 5	magis occupent	magis occupetur
6	quod ſomnus	quos ſomnus
1	& ciborum ſuperfluitates	& cibum ac ſuperfluitates
112 9	vel ex oſtenditum	vel ex eo oſtenditur
17	quod ſubitò	quæ ſubitò
114 14	per frigidiori	perfrigidior

	17	deinceps etiam	deinceps eſt
	18	qui cœna	qui cœnam
	20	nagis refugit	magis refugit
117	3	vel enim	ubi enim
	6	obj er t	objecerit
110	4	conſequetur	conſequitur
119	ult.	extileret	extiterit
122	9	percipit	præcipit
	12	præſcribept	præſcribens
	14	in tanto deſiderio	inſtante deſiderio
123	6	deractæ	peractæ
	11	ap. conc. 1.	aphor. comm. 1.
125 10	11	squaloris exceſſus	caloris exceſſu
	14	per nutrimenti	pro nutrimenti
N.	4	celeberrimi Sanctorii	celeberrimus Sanctorius
	19	perſpirabilis	perſpirabili
	28	ecferit	fecerit
Pag. 128	13	ſundatorum autem	ſundendorum autem
	22	etiam	eſt
130	4	cap. 3	cap. 13
132	9	huic perſtiterit	huic præſtiterit
134	23	ſeret	feret
135	2	eſternis	heſternis
	9	deditus	deditos
136	4	juſtum	iſtum
	16	pro tructu	protracta
	8	amittes	amittet
137	3	æſtimandum	æſtimandam
138	3	qua ſi aquoſa	quaſi aquoſa
140	4	abſolute	abſolutæ
141	1	parvi	pravi

144	9	que	quæ
160	11	invenibus	juvenibus
235	2	diverſitas [3]	dulcia [3]
240 N. 10	2	abunde	abundet
241 N. 1	4	mutiles	mutilæ
278	1	proculis	porculis
	9	luvenum	juvenum
179	9	rarione	ratione

FINIS